Patres apostolici / textum recensuit, adnotationibus criticis exegeticis historicis illustravit, versionem latinam prolegomena indices addidit
Tubingæ : H. Laupp, 1901.

Find this Book Online: https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714

Digitized by Google

Original from HARVARD UNIVERSITY

Hathi Trust

Public Domain in the United States

We have determined this work to be in the public domain in the United States of America. It may not be in the public domain in other countries. Copies are provided as a preservation service. Particularly outside of the United States, persons receiving copies should make appropriate efforts to determine the copyright status of the work in their country and use the work accordingly. It is possible that current copyright holders, heirs or the estate of the authors of individual portions of the work, such as illustrations or photographs, assert copyrights over these portions. Depending on the nature of subsequent use that is made, additional rights may need to be obtained independently of anything we can address.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States

ANDOVER-HARVARD LIBRARY
AH 1714 /
HARVARD DEPOSITORY
BRITTLE BOOK

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States

Digitized by Google
Original from
HARVARD UNIVERSITY

F
1901

591
Funk

Library of the Divinity School

Bought with money

GIVEN BY

THE SOCIETY

FOR PROMOTING

THEOLOGICAL EDUCATION

Received June 29, 1903.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States

Digitized by Google

Original from
HARVARD UNIVERSITY

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from
HARVARD UNIVERSITY

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from
HARVARD UNIVERSITY

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from
HARVARD UNIVERSITY

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

o

PATRES APOSTOLICI

TEXTUM RECENSUIT
ADNOTATIONIBUS CRITICIS EXEGETICIS HISTORICIS
ILLUSTRAVIT VERSIONEM LATINAM PROLEGOMENA
INDICES ADDIDIT

FRANCISCUS XAVERIUS FUNK

VOLUMEN II

EDITIO II ADAUCTA ET EMENDATA

TUBINGÆ
IN LIBRARIA HENRICI LAUPP
MDCCCCI

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from
HARVARD UNIVERSITY

Apostolic Fathers. Greek. 1901. Funk

PATRES APOSTOLICI

EDIDIT

FRANCISCUS XAVERIUS FUNK

VOLUMEN II

CLEMENTIS ROMANI EPISTULAE DE VIRGINITATE EIUSDEMQUE MARTYRIUM EPISTULAE PSEUDOIGNATII IGNATII MARTYRIA FRAGMENTA POLYCARPIANA POLYCARPI VITA

TUBINGÆ
IN LIBRARIA HENRICI LAUPP
MDCCCCI

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States

Digitized by Google

Original from
HARVARD UNIVERSITY

Divinity School.

Alle Rechte vorbehalten.

EX OFFICINA H. LAUPP Jr.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States

Digitized by Google

Original from
HARVARD UNIVERSITY

598
A645.2
Gr
1901f
V.2

ELENCHUS.

Prolegomena.
Clementis epistulae de virginitate I
Clementis Martyrium VII
Ignatii epistularum recensio longior IX
De fide, aetate et patria Pseudoignatii IX
De collectionibus epistularum XIII
De versione epistularum vetere latina XVI
De editionibus ac codicibus graecis XXIII
Laus Heronis XL
De epistulis latinis XLI
Martyrium Ignatii Vaticanum XLIII
Martyrium per S. Metaphrasten conscriptum XLVI
Martyrium latinum XLVIII
Martyrium Ignatii Colbertinum L
Fragmenta Polycarpiana LV
Vita Polycarpi LVI
Additamenta.
Clementis epistulae de virginitate LXI
Pseudo-Ignatius LXVIII
Martyrium Ignatii Vaticanum LXXI
Metaphrastis Martyrium Ignatianum LXXII
Martyrium Ignatii Colbertinum LXXII
Textus.
Clementis epistulae de virginitate 1
Clementis Martyrium 28
Ignatii epistularum recensio longior 46
Laus Heronis 214
Ignatii epistulae latinae 214

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

Martyrium Ignatii Vaticanum 218
Martyrium Ign. per S. Metaphrasten conscriptum . . . 246
Martyrium Ignatii latinum 259
Martyrium Ignatii Colbertinum 277
Fragmenta Polycarpiana 288
Vita Polycarpi 291
Index locorum S. Scripturae 337
Index nominum et vocabulorum 345
Addenda 352

[redacted]

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

PROLEGOMENA

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States

Digitized by Google

Original from
HARVARD UNIVERSITY

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from
HARVARD UNIVERSITY

PROLEGOMENA.

S. CLEMENTIS EPISTULAE DE VIRGINITATE.

Primus inter veteres epistulas de virginitate nomen Clementis prae se ferentes cognitas habuit Epiphanius. Postquam H. 30 c. 15 retulit, Ebionaeos Petri Circuitibus a Clemente conscriptis uti, dicit, Clementem ipsum eos omnibus modis redarguere idque in epistulis circularibus, quae in ecclesiis legantur, in quibus virginitatem doceat, quam illi repudient, et Eliam, David, Sampsonem omnesque prophetas laudibus ornet, quos illi detestentur. Αὐτὸς Κλήμης, inquit, αὐτοὺς κατὰ πάντα ἐλέγχει ἀφ' ὧν ἔγραφεν ἐπιστολῶν ἐγκυκλίων τῶν ἐν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις ἀναγινωσκομένων, ὅτι ἄλλον ἔχει χαρακτῆρα ἡ ἑαυτοῦ πίστις καὶ ὁ λόγος παρὰ τὰ ὑπὸ τούτων εἰς ὄνομα αὐτοῦ ἐν ταῖς Περιόδοις νενοθευμένα· αὐτὸς γὰρ παρθενίαν διδάσκει, καὶ αὐτοὶ οὐ δέχονται· αὐτὸς γὰρ ἐγκωμιάζει Ἠλίαν καὶ Δαυὶδ καὶ Σαμψὼν καὶ πάντας τοὺς προφήτας, οὓς οὗτοι βδελύττονται. Lardner [1]), Venema [2]), Mansi [3]) et Lumper [4]) putaverunt quidem, haec verba de Clementis epistula (vel epistulis) ad Corinthios intel-

1) *A dissertation upon the two epistles adscribed to Clement of Rome, lately published by Mr. Wetstein* etc. Londini 1753. Cf. Beelen, S. Clementis Rom. epistolae binae de virginitate, Lovanii 1856 p. XXXII sqq.

2) Epistola ad P. Wesseling, qua duas Clementis epistolas a Wetstenio nuper publicatas Epiphanio et Hieronymo notas fuisse in dubium vocatur etc. Harlingae 1754. Secutae sunt duae aliae epistulae eodem anno. Cf. Beelen l. c. p. XXIV sqq. XCI sq.

3) SS. Concil. Collect. I p. 157.

4) Historia theologico-critica de vita, scriptis et doctrina SS. Patrum etc. I (1783) p. 42 sq.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

legenda esse. Sed erraverunt haud dubie. Qua in epistula nec virginitas ita laudatur, ut Epiphanii iudicium ad eam referri possit, neque Elias vel Sampson omnino commemorantur. Duo autem, et laus virginitatis et nomina Eliae, David et Sampsonis, in illis (II c. 8 sqq.) leguntur. Itaque in aperto est, Epiphanium epistulas de virginitate manu versassse.

Paulo post hunc patrem Hieronymus epistularum notitiam prodit. Quae enim in libro contra Iovin. I. c. 12 scribit: *Ad hos (eunuchos) et Clemens, succesor apostoli Petri, cuius Paulus meminit, scripsit epistulas omnemque paene sermonem suam de virginitatis puritate contexuit*, ea cum optime illis conveniunt tum evidentissime ab epistula vel epistulis ad Corinthios discedunt. Viri supra dicti quidem etiam Hieronymum de his epistulis locutum esse contenderunt [1]). Hoc autem tempore eos falsos esse ad unum omnes consentiunt.

Tertium epistularum testimonium exstat in libro manuscripto syriaco saec. VI, qui nunc in Museo Britannico asservatur [2]). Continet enim fragmentum prioris epistulae, scilicet verba postrema capitis V et priora capitis VI (cfr. adnot. ad cap. 6, 1), idque cum hac inscriptione: *Clementis, episcopi Romae, ex epistula priore de virginitate.*

Denique notandum est, epistulas in ecclesia syriaca etiam medio aevo lectas fuisse. Ign. Ant. Samhiri, patriarcha Antiochiae, anno 1855 I. Theodoro Beelen literis communicavit, eas omnibus scriptoribus Syris tam antiquioribus quam recentioribus notas esse, veluti Gregorio Bar-Hebraeo, Moysi Bar-Cepha, Georgio, Dionysio Bar-Salibi et ceteris [3]). Codex syriacus, quo epistulae nobis traditae sunt, praeterea testatur, eas magnam auctoritatem habuisse. Namque adiunctae libris Novi Testamenti locum fere eundem obtinent ac Clementis epistulae ad Corinthios in codice Alexandrino vel Barnabae epistula et Pastor Hermae in codice Sinaitico.

1) Cf. Beelen l. c. p. XXXVIII sqq. XLVII sqq.

2) Cf. Cureton, Corpus Ignatianum p. 212. 352 sq. Beelen l. c. p. LIII.

3) Cf. Beelen l. c. p. LIV sqq. Dionysius Bar-Salibi (saec. XII) inprimis mentionem facit epistulae Clementis Rom. adversus eos, qui matrimonium reiciunt. Cf. Assemani, Bibl. Orient. II p. 158.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

Editores atque interpretes praeter Mansi et Premagny epistulas genuinas habuerunt, et plures viri docti ad eorum sententiam accesserunt, praesertim Möhler [1], Permaneder [2], Champigny [3], Brück [4], Martigny [5]. Alii, inter quos inprimis Lardner [6], Venema [7], Herbst [8] memorandi sunt, authentiam impugnaverunt. Alii, e. g. Mansi [9], Lumper [10], Hefele [11], Fessler [12], Alzog [13], rem in dubio reliquerunt. Mihi epistulae ex his rationibus spuriae esse videntur.

1) Quae Epiphanius et Hieronymus de scripturis dicunt, ea authentiae non minus obsunt quam favent. Si enim ille refert, epistulas in ecclesiis praelectas fuisse, Eusebius vero et Hieronymus in libro de viris illustribus, quem ante librum contra Iovinianum scripsit et in quo id egit, ut omnes scriptores christianos eorumque opera enumeraret, eas silentio praetereunt, sequitur, in paucissimis tantum ecclesiis auctoritatem illam eas consecutas esse, cum non sit verisimile, patrem historiae ecclesiasticae et auctorem Catologi scriptorum ecclesiasticorum simul adeo neglegenter de Clemente egisse, ut ambo has literas sane egregias omitterent. Eusebius igitur, qui inter veteres amplissimam de literis christianis notitiam habuit, eas prorsus non cognovit, Hieronymus eo demum tempore, quo contra Iovinianum scripsit.

2) Argumenta interna authentiae etiam minus patrocinantur.

a) Auctor epistulis multos S. Scripturae locos tacite inserit,

---

1) *Patrologie* 1840 p. 67—69.

2) Patrologia specialis 1842 p. 26.

3) *Les Antonins* 1863 I p. 198 sqq.

4) *Lehrbuch der Kirchengeschichte.* Ed. II 1877 p. 74.

5) *Dictionnaire des antiquités chrétiennes.* Ed. II 1877 p. 593.

6) *A dissertation upon the two epistles* etc. 1753. Cf. supra p. I n. 1.

7) Epistola ad P. Wesseling etc. 1754. Cf. supra p. I n. 2.

8) *Tüb. Theol. Quartalschrift* 1829 p. 539—552. Auctor nomen suum non indicavit.

9) SS. Concil. Coll. I p. 157.

10) Historia theolog. critica I p. 40 sqq.

11) *Kirchenlexikon,* ed. Wetzer et Welte, II (1848) p. 586.

12) Institutiones Patrol. 1850 I p. 164 sqq.

13) *Patrologie* Ed. III 1876 p. 23 sq.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

cum Clemens in epistula ad Corinthios, si orationem illam praestantissimam c. 59—61 exceperis, fere semper indicat, ubi aliquid e S. Scriptura desumpsit.

b) Clemens paucissimis tantum Novi Testamenti libris iisque rarissime verbotenus usus est, scilicet Evangeliis secundum Matthaeum et Lucam ac Pauli epistula ad Titum, cfr. Index locorum S. Script. vol. I p. 568 sqq.; ille autem multos locos ex Evangeliis secundum Matthaeum et Ioannem et ex omnibus fere apostolorum epistulis allegavit, cfr. Index locorum S. Script. in hoc vol. p. 358 sqq.

c) Stilus auctoris a stilo Clementis potius discrepat quam ad eum accedit. Beelen (p. LX sqq.) quidem inter opera utriusque viri magnam similitudinem deprehendisse sibi visus est. Quae autem ex iis exscripsit, ea adeo trita et communia sunt, ut nihil probent. Mea quidem sententia non ea necessitudo exstat, quae eundem auctorem prodat. Itaque nec falsarius stilum Clementis imitatus esse putandus est.

d) Auctor epistularum rationem vitae, qua viri caelibes cum virginibus cohabitabant, non solum cognitam habuit, sed etiam impugnavit, cf. ep. I c. 10; ep. II passim. Patet ergo, eam iam degenerasse et fructus illos malos produxisse, de quibus scriptores ecclesiastici tertio demum saeculo narrant.

Quae cum ita sint, epistulae non ante saeculum tertium confectae esse videntur. Cum Eusebius earum nondum mentionem faciat, eas quarto demum saeculo ineunte scriptas esse suspicari licet. Num auctor ipse eas Clementi Romano supposuerit, non est certum, propterea quod nomen s. patris in inscriptionibus et subscriptionibus tantum, neque vero in epistulis ipsis legitur. Attamen verisimile est. Equidem coniecerim, virum aliquem pium epistulas Clementi attribuisse, sperantem, verbis huius patris homines potius oboedituros esse quam suis.

Num auctor graece an syriace scripserit, viri docti inter se dissentiunt. Qui epistulas genuinas habuerunt, iis graece eas primitus exaratas fuisse statuendum erat, cum non sit verisimile, Clementem syriace scripsisse. Lardner [1]) quoque

1) Cf. Beelen l. c. p. LXIII.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

hanc sententiam tuitus est. Herbst [1]) e contrario rem in dubio relinquendam esse censuit.

In Occidentem epistulae pervenerunt medio saeculo XVIII. Ioannes Iac. Wetstein cum in editione Novi Testamenti, quam parabat, lectiones quoque versionis syriacae Philoxenianae variantes exhibere vellet, a Iacobo Porter, Britanniae tunc temporis ad Turcas legato, ut exemplar versionis sibi mitteretur petiit. Non id quidem, quod quaesierat, nactus est. Pro versione enim illa versionem Simplicem vel Peshito iam saepius typis expressam accepit [2]). Sed scripturam nactus est plane novam. Codex enim ad eum transmissus, conscriptus anno 1470 a monacho et presbytero Kuphar, non solum plerosque Novi Testamenti libros exhibet eosque in hoc ordine: 1) Actus apostolorum, 2) Epist. Iacobi, 3) Epist. I Petri, 4) Ep. I Ioannis, 5) Epp. Pauli, 6) (praemissa hac nota: *Pauli epistulis adiungimus illas apostolorum epistulas, quae non inveniuntur in omnibus codicibus)* Ep. II Petri, 7) Epp. II et III Ioannis, 8) Ep. Iudae, sed etiam post hos vel potius post Epistulam Iudae spatio nullo interiecto Epistulas Clementis duas ad virgines. Olim iuxta notam librarii Pauli epistulis adiunctam etiam Evangelia continuit [3]). Epistulae autem Clementis de virginitate illo tempore in Occidente prorsus incognitae fuerunt. Mentionem earum quidem fecerunt, ut supra vidimus, Epiphanius et Hieronymus. Sed verba patris utriusque male intellecta a viris doctis temporis recentioris ad Clementis epistulas ad Corinthios referebantur [4]).

Quo modo postquam Wetstein epistularum notitiam nactus est, anno 1752 Lugduni Batavorum eas una cum versione latina typis expressit [5]). Textum syriacum repetierunt Gallandi [6]) et

1) *Theol. Quartalschrift* 1829 p. 551.

2) Cf. Beelen l. c. p. LXXXIX sqq.

3) Cf. Beelen l. c. p. IX sqq.

4) Cf. Cave, Script. eccl. hist. literaria c. 64 ed. Genev. 1694 p. 14. Grabe, Spicilegium I p. 262 ed. II. R. Ceillier, *Histoire générale* etc. I (Parisiis 1729) p. 605.

5) Duae epistolae S. Clementis Romani, discipuli Petri apostoli, quas e codice manuscripto Novi Testamenti syriaci nunc primum erutas, cum versione latina apposita, ed. Ioannes Iacobus Wetstenius.

6) Biblioth. vet. Patrum t. I p. I—XXV.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States

Digitized by Google

Original from HARVARD UNIVERSITY

Migne [1]), interpretationem latinam praeter illum Mansi [2]) et Premagny. Hic ad versionem latinam Wetstenianam etiam gallicam confecit [3]). Villecourt [4]) ad eandem et versionem latinam novam et versionem gallicam elaboravit. E textu syriaco epistulas in linguam germanicam transtulit P. Zingerle [5]). Editionem novam et emendatiorem codice, qui nunc in Bibliotheca seminarii Remonstrantium Amstelodamensis asservatur, iterum inspecto paravit I. Th. Beelen in opere iam saepius laudato anno 1856, idemque non solum versiones Wetstenianam et Zingerlianam denuo excudit, sed etiam latinam novam et fidelissimam instituit.

Equidem hanc versionem, quippe quae accuratissima sit, ita repetii, ut ea, quae Beelen tanquam glossemata suppressit, in textum reciperem, multa verba, quae ad iuvandam intellegentiam, uncinis inclusa, de suo sibi addenda esse putavit, delerem, locos plures, quos Welte [6]) et Himpel, collega meus, qui versionem denuo cum textu syriaco liberalissime in usum meum contulit, minus fideliter translatos esse demonstraverunt, emendarem. Non enim interpreti docto semper adstipulari potui, ubi glossema invenire sibi visus est, et textum uno codice traditum integrum recipiens tutiorem me viam ingredi censui. In notis autem semper ea indicavi, quae Beelen glossam habuit et in versione omisit. Altera vero a parte additamenta interpretis mea quidem sententia saepissime mere superflua sunt et versionem potius amplificant quam illustrant. Iure igitur multa ex iis delevisse mihi visus sum. Lector severior etiam plura omittenda fuisse censeat. Equidem non prorsus nego, animad-

1) Patrol. graec. I p. 379—452. Adiecta est interpretatio latina Villecurtiana.

2) SS. Concil. Collect. I p. 143—160.

3) Cf. Beelen l. c. p. XCII.

4) *Les deux épitres aux Vierges de saint Clement Romain, disciple de saint Pierre, traduites en Latin et en Français par Mgr. Clement Villecourt, Evèque de la Rochelle et de Saintes, précédées d'une dissertation, qui en établit l'authenticité.* Parisiis 1853.

5) *Die zwei Briefe des h. Clemens in Rom an die Jungfrauen.* Viennae 1827.

6) *Theol. Quartalschrift* 1856 p. 658 sqq.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / Public Domain in the United States
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714

Digitized by Google Original from HARVARD UNIVERSITY

verto autem, additamenta, quippe quae sint uncinis inclusa, facillime posse cognosci.

MARTYRIUM CLEMENTIS ROMANI.

Martyrium Clementis Rom. in libris manuscriptis plerisque in fine *Epitomes ex Petri inter peregrinandum praedicationibus* idque duplex legitur, cum duae Epitomes recensiones exstent. Utrumque typis expresserunt Cotelier [1]) et Dressel [2]). Dressel etiam utramque Epitomen publicavit, cum Cotelier eam tantum edidisset, quae apud hunc est prior. Cotelier autem Martyrium alterum non solum cum Epitome conglutinatum, sed in uno vel altero codice etiam solum invenit, et hanc narrationem repetens lectoribus Patrum apostolicorum gratum facere mihi visus sum. Exordio excepto Martyrium idem est, quod in libro Dresseliano alteri Epitome adiunctum est, et equidem huius textum secutus sum, cum editor germanicus non solum optimos codices adhibuisset, scilicet Ottobonianum 443 saec. XIV [3]) et Vaticanum 824 saec. XI, sed etiam indicasset, quae ex singulis codicibus deprompsit. Altera autem a parte adhibitis tribus libris manuscriptis Monacensibus, scilicet codice 377 saec. X, codice 52 saec. XV, codice 54 saec. XVI [4]), respectaque editione Coteleriano textum emendavi. Noto inprimis, fretum auctoritate codicum Ottoboniani et Monacensis antiquissimi, qui ma-

---

1) SS. Patrum etc. opp. tom. I p. 1672. Textum repetierunt Clericus a. 1698 et a. 1724 et Migne, Patr. gr. t. II, a. 1857.

2) Clementinorum epitomae duae. Lipsiae 1859.

3) Liber Ottobonianus ille pretiosus est, qui solus Clementis Homilias integras praebet. Cf. Dressel l. c. p. VIII.

4) Codex 377, membranaceus, in folio, constat foliis 304 et fol. 271—299 Epitomen una cum Martyrio exhibet. Praecedunt sermones S. Ioannis Chrysostomi; sequuntur *Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἐφραὶμ ἀρχιεπισκόπου Χερσῶνος ἱερομάρτυρος εἰς τὸ θαῦμα τοῦ ἁγίου Κλήμεντος τὸ εἰς τὸν παῖδα* (Cf. Cotelier-Clericus 1724 I p. 815—820. Migne, Patr. gr. I p. 634—636) vel narratio illa, quam auctor Martyrii alterius operi suo inseruit (Cf. Cot. Clericus I p. 805 sq. Dressel l. c. p. 116 sq.) et *Μαρτύριον τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Βλασίου.* — Codex 52, chartaceus, in folio,

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / Public Domain in the United States
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714

Digitized by Google

Original from HARVARD UNIVERSITY

xime concinunt, cumque verisimilius sit, librarium addidisse quam omisisse, in fine Martyrii me plura omisisse, quae alii exhibent. Cf. 25, 2 not. Num recte fecerim, ii indicent, qui codices Parisinos accuratius probare possunt.

Signavi codicem Monacensem 377 = M, Monacensem 52 = P, Monacensem 54 = R, Ottobonianum = O, Vaticanum = V, editionem Cotelerianam = Cot, textum Dresselianum = D. Vitia scripturae et alia manifesta menda, quibus praesertim codex Monacensis 54 laborat, non notavi.

Veteres de martyrio Clementis Rom. nihil tradidisse et Rufinum ac Zosimum primos episcopum martyrem appellasse iam in Prolegomenis ad epistulas s. patris (Vol. I p. XXI) dixi. Aeque vidimus, Irenaeum (III c. 3. 3) inter episcopos Romanos a Lino usque ad Eleutherum Telesphorum solum martyrem putare videri. Iure igitur quaerere licet, num Clemens martyrio coronatus sit [1]). Utut autem haec res se habet, Acta martyrii, quae circumferuntur, plane fide non esse digna vix quisquam infitias iverit.

Sin quaeras, quo tempore Acta confecta sint, haec animadvertas velim. Haud dubie Beda Venerabilis ea iam cognita habuit. Narrat enim, iubente Traiano Clementem missum esse in exsilium trans Pontum maris et multis ad fidem vocatis per miracula et doctrinam suam praecipitatum esse in mare alligata ad collum ancora; mare autem discipulis orantibus per tria milia recessisse et corpus defuncti inventum esse in arca saxea

---

foliorum numero 243, ante Epitomen, quae legitur fol. 131—187, Philocaliam Origenis et Photii de voluntatibus in Christo gnomicis orationem, post Basilii M. epistulas exhibet. — Codex 54, chartaceus, in folio, fol. 412, Augustini de trinitate libros XV graece versos, Cabasilae expositionem in divinam et sacram liturgiam, Gregorii hieromachi responsionem ad epistulam Marci Ephesii, Vitam S. Ambrosii, denique fol. 352—412 sub titulo *Βίος τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος ἐπισκόπου Ῥώμης μαθητοῦ τοῦ ἁγίου Πέτρου* Epitomen continet. Notandum est tamen, hanc Epitomen a duabus vulgatis diversam et fortasse eandem esse cum ea, quam Cotelier (ed. 1724 I p. 755 not.) in codice Regio 148 se invenisse profitetur. In initio Homilia I fere integra legitur.

1) Eum non cum Tito Flavio Clemente martyre confundi posse demonstravi in *Theol. Quartalschrift* 1879 p. 531 sqq.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / Public Domain in the United States
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

in templo marmoreo et ancoram iuxta [1]). Considerans, Rufinum non solum Clementem martyrem vocasse, sed etiam Recognitiones Clementinas de graeco in latinum vertisse, etiam hunc Acta respexisse coniecerim. Ante saeculum quartum autem Martyrium non esse conscriptum prodit officium Comitis officiorum (c. 15), quod a Constantino Magno institutum est.

EPISTULAE PSEUDOIGNATII.

I.

Prima epistularum pseudoignatianarum vel recensionis epistularum Ignatii quam dicunt longioris vestigia in literis veterum saeculo VI exeunte et saeculo VII ineunte inveniuntur. Notitiam earum produnt Stephanus Gobarus, assecla Tritheitarum, sectae Monophysiticae (cf. adnot. ad Trall. 11, 2), Anastasius auctor libri de rectis veritatis dogmatibus (cf. Philipp. 9, 3), Anastasius episcopus Antiochenus vel Gregorius Magnus, qui verba ab illo allegata nobis tradidit (cf. Eph. 21, 2), auctor Chronici paschalis (cf. Trall. 10, 4—6). Saeculis sequentibus earum mentionem faciunt Maximus Confessor (cf. Trall. 4, 1), Ioannes Damascenus (Trall. 4, 1. 2. Ant. 11, 2), Theodorus Studites (Philad. 3, 5), Nicephorus Constantinopolitanus (Philipp. 3, 1), Ado Viennensis (Ant. 7, 1. Eph. 1, 3 secundum veterem interpretationem), Antonius auctor Melissae (Ign. ad Mar. 2, 2; 3, 1—3; 4, 2. Trall. 4, 2).

Constat igitur, saeculo VI Ignatii epistulas iam interpolatas et ficticiis auctas fuisse, et Usher [2]) syllogen epistularum Ignatianarum ampliorem illo tempore profecto prodiisse putavit. Plerique eam ad saeculum quartum retulerunt, e. g. Vedelius [3]),

---

1) Martyrol. IX Cal. Decembr. Migne, Patr. lat. t. 94 p. 1111.

2) Polyc. et Ign. Epist. Dissert. c. 6 p. XXIV. Assensus est Bunsen, *Ignatius von A. und seine Zeit* 1847 p. 205. Arndt, *Th. Studien u. Kritiken* 1839 p. 166, falsarium VII vel VIII saeculo vixisse censuit.

3) Apologia pro Ignatio c. 3 (praemissa Ign. epistularum editioni 1623).

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / Public Domain in the United States
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

Düsterdieck [1]), Zahn [2]), Lightfoot [3]). De illis, qui recensionem longiorem Ignatio ipsi attribuendam esse putaverunt, hic non amplius verba faciam. Cf. quae in Prolegomenis ad epistulas Ignatii genuinas c. 3 (Vol. I p. LV—LIX) dixi. Ante saeculum IV autem vel potius ante aetatem Eusebii falsarius non scripsit, quia illius Historiam ecclesiasticam in suum usum vertit. Cf. adnot. ad Trall. 9, 4. Philad. 6, 3. Ant. 1, 1.

Ut accuratius Pseudoignatii tempus definiamus, prius inquirendum est, quam fidem professus sit. De hac quaestione alii aliud statuerunt. Usher [4]) alios locos (Philipp. 5, 2. Philad. 6, 6) Apollinarismum, alios (Magn. 4, 2. Tars. 2, 1; 5, 1; Smyrn. 9, 2) Arianismum prodere coniectavit, certi autem nihil statuit. Cotelier interpolatorem Catholicum potius quam Arianum fuisse putavit, Düsterdieck [6]) eum Catholicum declaravit. Plerique vero falsarium Arianum fuisse censuerunt, e. g. Clericus [7]), Grabe [8]), Zahn [9]). Hic etiam invenire sibi visus est, eum Acacium episcopum Caesareae († 365) fuisse. Equidem persuasum mihi habeo, Pseudoignatium a parte Apollinaristarum stetisse. Quam sententiam rectam esse ex his appareat.

Duobus locis quidem (Philipp. 12, 3. Smyrn. 7, 1) falsarius Christum ὑπεροχὴν τοῦ πατρός profitentem facit. Trall. 5, 2 de celsitudine spiritus sancti et de regno Domini et de incomparabilitate Dei omnipotentis loquitur. Sed nusquam filium instar Arianorum creaturam declarat vel eo modo quo Semiariani filium minorem esse patre dicit. E contrario tantum abest, ut filium alius substantiae esse quam patrem dicat, ut patrem maiorem filium putet nonnisi ea ratione, qua filium genuit, cum ipse sit ingenitus. Philipp. 12, 3 τὴν ὑπεροχὴν τοῦ

---

1) Quae de Ign. epist. authentia etc. prolatae sunt sententiae enarrantur et diiudicantur. 1843 p. 32 sqq.

2) *Ignatius von Antiochien* 1873 p. 129.

3) *Contemporary Review* t. XXV (Febr. 1875) p. 338.

4) L. c. p. LXXXV sqq. CVIII sq.

5) Patr. apost. ed. Clericus 1724 II p. 43 not. 1. p. 79 not. 20.

6) L. c. p. 32—35. 41.

7) Patr. ap. ed. 1724. II p. 506.

8) Spicilegium II p. 325 sq.

9) *Ign. v. A.* p. 132—141.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

πατρός disertis verbis inde explicat, quod pater filii τῆς γεννήσεως αἴτιος est, idemque patres catholici docuerunt. Accedit, quod duobus aliis locis se fidei Nicaenae sectatorem fuisse manifestissime prodit. Philipp. 5, 2 Christum appellat τῇ φύσει ἄτρεπτον. Philipp. 2, 4 patrem et filium et spiritum sanctum ὁμοτίμους vel eiusdem dignitatis vocans non solum doctrinam Nicaenam profitetur, sed etiam paene verbo Nicaeno utitur, cum Ariani vel Semiariani eo modo de filio et spiritu sancto neque dixissent neque dicere potuissent. Cf. adnotationes ad locos laudatos [1]).

Quamquam autem Pseudoignatius de filio Dei fidem Nicaenam profitetur, minime est Catholicus. De filio enim hominis aliter sentit ac ecclesia catholica, Christo corpus humanum tantum, non autem animam attribuens (Philipp. 5, 2. Philad. 6, 6; cf. etiam Trall. 10, 4. Philad. 6, 3. Smyrn. 2, 2). Idem quidem Ariani quoque docuerunt, ac nonnulli falsarium etiam eo illorum parti adnumerandum esse putaverunt, quod in hac re cum iis consentiret. Erraverunt autem. Etiamsi enim Pseudoignatius ad Arianorum doctrinam prope accedit, non prorsus cum ea consentit. Nam cum Ariani Christo humanam animam abiudicarent, ut animae affectus in Christo τῷ λόγῳ attribuentes hunc inferioris naturae esse quam patrem demonstrarent, ille naturam filii hominis mutilavit, ut salvatorem sine peccato fuisse comprehenderet. Quid, inquit Philipp. 5, 2 satanae, iniquum vocas legislatorem, qui humanam animam non habuit? Ex eadem ratione autem Apollinaris humanam Christi naturam mutilavit, et si ipse a Pseudoignatio in eo discedit, quod Christo non tam animam quam mentem humanam vel τὸν νοῦν abiudicavit, plures ex eius asseclis etiam in hac re cum illo consentiebant (Epiph. H. 77 c. 2. 24).

Neque vero locis laudatis solum, sed etiam aliis Pseudoignatius Apollinaristam se esse prodit. Smyrn. 4, 2 Ignatius Christum perfectum hominem factum esse scripsit. Ignatiaster autem verba τοῦ τελείου ἀνθρώπου γενομένου delevit, haud dubie, quia dogmati suo repugnabant. Altera ex parte cum Smyrn.

1) Cf. etiam adnot. ad Eph. 15, 2.

Digitized by Google Original from HARVARD UNIVERSITY
Generated at University of Toronto on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States

5, 2 post αὐτόν (sc. Christum) σαρκοφόρον addiderit θεόν, iterum se doctrinae Apollinaristarum favisse indicat, quia hi Christum θεὸν σαρκοφόρον praedicabant. Cf. adnot. ad h. l.

Quae cum ita sint, Pseudoignatius non ante annum 362 scripsit, quo de doctrina, quae naturam Christi humanam mutilavit, primo synodus Alexandrina egit. Sed neque brevi tempore post illum annum eum vixisse statuere licet. Non est enim verisimile, Apollinaristas magistro superstite Ignatii epistulas corrupisse, ut suam doctrinam episcopo Antiochiae celeberrimo adscriberent. Praeterea pluribus locis doctrina Theodori Mopsuestini impugnatur. Falsarius non solum diligentissime enuntiat, Christum vel filium Dei unum esse (cf. Tars. 4, 2. Philipp. 1, 2; 2, 2. 4; 3, 1. Philad. 4, 2. Antioch. 4, 3), cum Theodorus duos filios Dei statuere videretur, sed etiam eos aggreditur, qui negantes Deum verbum hominem factum esse docuerunt, eum in homine (velut in templo) habitasse (Philipp. 5, 3; cf. Philad. 6, 6 not.). Accedit, quod vehementissime etiam in doctrinam eorum invehitur, qui Christum hominem purum habuerunt (Trall. 6, 4. Tars. 2, 1; 6, 1—4. Philad. 6, 3. Ant. 5, 2) vel Deum salvatorem non vere carnem assumpsisse crucemque subiisse putaverunt (Trall. 9, 1—4; 10, 1—6. Philipp. 5, 1. Smyrn. 2, 1), quam doctrinam Theodorus eiusque asseclae multis defendere videbantur.

Altera autem ex parte Pseudoignatius Monophysitarum dogmatis prorsus nullam rationem habuit. Itaque iure meritoque statuere mihi videor, eum saeculo V ineunte vixisse. Id adhuc animadvertas velim, teste Leontio Constantinopolitano [1]) Apollinaristas scripturas a magistro exaratas sub nominibus Gregorii Thaumaturgi, Athanasii Alexandrini et Iulii Romani circumtulisse. Non igitur a veri similitudine abhorret, eosdem Ignatii epistulis intulisse.

Sin quaeras, ubi Pseudoignatius vixerit, respondeo, eum Syrum fuisse. Quod colligitur e Philipp. 8, 2 et 13, 3 (cf.

1) Adv. fraud. Apollinaristarum. Patr. gr. ed. Migne t. 86 p. 1948. 1969. Alii, ex. gr. Evagrius H. E. III c. 31, fraudis illius Monophysitas accusant. Cf. Caspari, *Alte und neue Quellen zur Geschichte des Taufsymbols und der Glaubensregel* 1879 p. 111—117.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

adnot. ad h. l.) ac consentaneum est doctrinae, quam profitetur, cum Syria sit patria Apollinaristarum [1]).

Perspicientes fidem Pseudoignatii unam ex rationibus cognovimus, ex quibus scripsit. Id egit, ut aliis de doctrina Apollinaris persuaderet. Alia ratio haec esse videtur. Probare voluit, iuvenes quoque et diaconos ecclesiarum praepositos eligi posse, cum canon Sardicensis X praecipiat, ne quis prius episcopus ordinetur, nisi ante et lectoris munere et officio diaconi et presbyteri fuerit perfunctus, et Constitutiones apostolorum (II c. 1) decernant, ne episcopus minor sit quinquaginta annis. Iam prima epistula de ea re agit. Maria Cassobolitana enim Ignatium orat, ut Marin episcopum, Eulogium presbyterum ordinet, ne fideles, qui sunt in civitate Anazarbi, diutius pastoribus careant, et cum viri illi ad aetatem episcopo vel presbytero secundum canones convenientem nondum venerint, exemplis e S. Scriptura desumptis etiam iuvenes magna perfecisse probat. Ignatius in epistula, quam ei scribit, argumentis allatis assentitur. Praeterea de eadem re multis verbis agit in epistula ad Magnesianos c. 3 nec non in epistula ad Heronem (3, 3) eam tangit, quem pluribus locis, etiamsi adhuc diaconus tantum fuerit, in episcopatu ecclesiae Antiochenae sibi successurum esse indicat (Her. 8, 3. Mar. 5, 2. Ant. 8, 1; 12, 1; 14, 2).

II.

Plures exstant epistularum collectiones. Prima ea est, cuius auctor est ipse Pseudoignatius. Invenimus eam et in codicibus graecis et in versione vetere latina, quae ante saeculum IX confecta est, cum Ado Viennensis eam iam cognitam habuit, in qua tamen prima epistula seu ea, quam Maria Cassobolitana ad Ignatium scripsit, deest. Ordo epistularum hic est: 1) Maria ad Ignatium, 2) Ignatius ad Mariam, 3) ad Trallianos, 4) ad Magnesianos, 5) ad Tarsenses, 6) ad Philippenses, 7) ad Philadelphenos, 8) ad Smyrnaeos, 9) ad Polycarpum, 10) ad Antiochenos, 11) ad Heronem, 12) ad Ephesios, 13) ad Romanos.

---

1) Uberius de doctrina et tempore Pseudoignatii disputavi in *Theol. Quartalschrift* 1880 p. 355—378, ubi tamen Theodorum Mopsuestenum impugnari nondum perspexi.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / Public Domain in the United States
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

Cum haec collectio omnes epistulas pseudoignatianas, et interpolatas et suppositicias, contineat, duae aliae sunt, in quibus epistulae suppositiciae epistulis Ignatii genuinis sunt adiunctae. Qua ex ratione reliquae epistulae non receptae sint, non liquet. Fortasse collectores eas corruptas esse perspexerunt; fortasse eas ideo non receperunt, quoniam eas plane easdem esse falso putaverunt atque eas, quas iam habuerunt.

Altera ex illis collectionibus exstat in versione armeniaca, quae saeculo V exorta esse videtur [1]). Cum autem haec versio ex interpretatione syriaca nunc deperdita fluxerit, statuere licet, auctorem collectionis Syrum esse. Ordo, quem epistulae obtinent, hic est: 1) ad Smyrnaeos, 2) ad Polycarpum, 3) ad Ephesios, 4) ad Magnesianos, 5) ad Trallianos, 6) ad Philadelphenos, 7) ad Romanos, 8) ad Antiochenos, 9) Maria ad Ignatium, 10) ad Mariam, 11) ad Tarsenses, 12) ad Heronem, 13) ad Philippenses [2]).

Altera collectio ea est, quam Usher e duobus codicibus latinis primus in lucem produxit [3]). Auctor vero non est interpres latinus. Epistulae in eodem ordine in codice Mediceo graeco leguntur, nisi quod hic mutilus est et in epistula ad Tarsenses 7, 3 desinit. Attamen epistula ad Philippenses in hac collectione deest. Collector fortasse similitudine tituli epistulae ad Philadelphenos falsus est eoque facilius, quod haec in opere Pseudoignatii epistulam ad Philippenses ipsam sequitur. Epistula ad Romanos non per se ipsa legitur, sed inclusa in Martyrio Colbertino, quod finem collectionis facit. Opinari licet, collectionem saeculo VII ineunte iam exstitisse. Auctor enim Sacrorum Parallelorum, quae in codice Rupefucaldino asservantur, quae imperante Heraclio (610—641) collecta fuisse Lequien [4]) probavit, collectione eiusmodi usus est, et praeter

1) Cf. K. F. Neumann, *Versuch einer Geschichte der armenischen Literatur* 1836 p. 71 not. 2; p. 73 sq. *Petermann,* S. Ignatii epist. p. XXV sq. Tempori seriori versionem adscribit Katergi Mechitarista in *Zeitschrift für d. g. kath. Theologie* 1852 p. 317.

2) Cf. Katergi l. c. p. 316.

3) Polyc. et Ignat. epist. p. CXLI sq.

4) Ioann. Damasc. opp. II p. 275. Migne, Patr. gr. t. 95 p. 1035.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

illam alia a Graeco instituta non est cognita. Ordo epistularum hic est: 1) ad Smyrnaeos, 2) ad Polycarpum, 3) ad Ephesios, 4) ad Magnesianos, 5) ad Philadelphenos, 6) ad Trallianos, 7) Maria ad Ignatium, 8) ad Mariam, 9) ad Tarsenses, 10) ad Antiochenos, 11) ad Heronem, 12) ad Romanos vel potius Martyrium Ignatii inserta epistula ad Romanos.

Quaeritur, num epistula ad Romanos in epistularum Ignatianarum sylloge lecta fuerit, qua Pseudoignatius usus sit. Zahn [1]) negavit, et ego in primo volumine p. LII sq. ei assensus sum. Rem denuo pertractanti sententia mihi dubia evasit. Quod falsarius nullam aliam epistulae partem quam caput V, quod etiam in Historia ecclesiastica Eusebii legitur, in suum usum convertit, seu veteres epistulas interpolans seu novas fingens, id non tanti momenti est, quanti Zahn aestimavit, cum numerus locorum, qui ex epistulis genuinis in falsas translati sunt, haud ita magnus sit. Accedit, quod epistula revera et quidem magis interpolata est quam epistula ad Polycarpum. Pseudoignatius itaque certe eam cognitam habuit, cum eundem, qui reliquis omnibus epistulis manus intulerit, hanc quoque corrupisse verisimillimum sit. Id ad summum dicere licet, epistulam eo demum tempore, quo reliquae iam foedatae erant, in manus falsarii venisse. Sed etiam id non tam probandum quam coniectandum est.

Ex iis, quae de collectionibus diximus, apparet, epistulas pseudoignatianas non solum libris manuscriptis graecis, sed etiam pluribus versionibus antiquis conservatas fuisse. Plurimum valet versio latina, quae omnes epistulas excepta prima complectitur. De ea uberius nobis agendum est, cum eam in hoc libro una cum textu graeco edamus. Versionem latinam alteram seu eam, quae epistulas suppositicias tantum continet, pro epistulis interpolatis vero genuinas integras exhibet, edidit Iacobus Usher [2]), versionem armeniacam I. H. Petermann [3]).

1) *Ignatius von Ant.* p. 115 sq.
2) Polyc. et Ignatii epistolae 1644 p. 127 sqq.
3) S. Ignatii patris apost. epistolae 1849.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

III.

Versionem epistularum Ignatianarum veterem latinam primus typis publicavit Iacobus Faber Stabulensis anno 1498 [1]), haud dubie adhibito codice Parisino (Biblioth. nation.) 1639 et forsan inspecto codice 229 Collegii Baliolensis Oxon. vel alio simili libro manuscripto. Editio autem minime fidelis est. Cum enim interpres vetus sermone uteretur barbaro, editori permulta emendanda erant, ut lectores librum intellegere possent. Alia ex aliis rationibus mutavit. Editio saepe recudebatur, Venetiis a. 1502 et 1546, Argentinae a. 1502, Parisiis a. 1515, Basileae [2]) a. 1550. Symphorianus Champerius in sua editione [3]) Ignatii epistulam ad Mariam Cassobolitanam, a Fabro omissam, e codice Palatino adiecit.

Fideliorem editionem paravit Iacobus Usher tribus codicibus adhibitis, scilicet Collegii Baliolensis et Collegii Magdalenensis Oxoniae et Bibliothecae Alexandri Petavii Senatoris Parisiensis. Adiecit etiam epistulam Mariae Cassobolitanae ad Ignatium, quam in alia epistularum collectione invenerat [4]). Attamen haec quoque editio pluribus vitiis laborat. Usher non solum Fabro nonnunquam nimiam fidem habuit, sed etiam ipse aliquot locis (cf. Trall. 8, 3; 9, 1; Philipp. 8, 3; 9, 3) textum latinum e graeco emendasse videtur. Cotelier editionem repetiit et e codice, quem dicit Thuaneum quemque eundem ac codicem Parisinum 1639 esse mihi persuasum habeo, aliquot lectiones exscripsit, nonnulla feliciter coniectavit.

Diligentissimam collationem duorum codicum Bibliothecae Vaticanae, scilicet Regii 81 et Palatini 150, instituit Dressel. De textu autem emendando non aeque meritus est. Codicum,

---

1) Dionysii celestis hierarchia, ecclesiastica hierarchia etc. Ignatii undecim epistolae. Polycarpi epistola una. Parisiis.

2) *ΜΙΚΡΟΠΡΕΣΒΥΤΙΚΟΝ.* Elenchus veterum brevium theologorum, qui aut tempore apostolorum aut non multo post vixerunt.

3) Dionysii Carthusiani super omnes Dionysii Areopagitae libros commentaria. Coloniae 1536 fol. 357 sq.

4) Polycarpi et Ignatii epistolae: una cum vetere vulgata interpretatione latina, ex trium manuscriptorum codicum collatione, integritati suae restituta. Oxoniae 1644.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

quos Usher contulit, neque scientiam habuit neque rationem. Accedit, quod codicum Vaticanorum alter eiusdem familiae est ac codex Collegii Magdalenensis, quem iam Usher ad textum constituendum adhibuit, alter, ut iam Zahn vidit, vel idem est, cuius collationem idem editor Oxoniensis in manibus habuit. Codices Alexandri Petavii et Regius enim ita inter se contra reliquos consentiunt, ut unus idemque esse videantur, neque obstat fatum Bibliothecae Senatoris Parisini, quin hoc statuas. Libri Petavii enim manuscripti divenditi in Sueciam indeque Christina regina pontifici Romano donante maxima ex parte in Bibliothecam Vaticanam transportati sunt, et Montefalconius inter libros viri illius, qui in hac Bibliotheca asservantur, diserte unum nominat, qui S. Ignatii martyris et episcopi epistulas duodecim continet [1]).

Novam editionem instituit Zahn et omnia ab aliis publicata maxima diligentia colligens et in usum suum vertens textum profecto emendatiorem constituit. Attamen cum codices ipse non inspexisset neque editores priores uno excepto notitiam codicum sufficientem dedissent, fieri non potuit, quin saepius erraret. Cf. quae de editionibus Pseudoignatii latinis dixi in *Theol. Quartalschrift* 1881 p. 137 sqq.

Itaque ego rem denuo aggressus et in textu recensendo nonnisi in libris manuscriptis nisus sum. Codices autem, quos adhibui, hi sunt:

1) Parisinus 1639, membranaceus, in folio, saec. XII, post Origenis commentarium in Ep. ad Romanos, Hieronymi commentarios in Epp. ad Galatas, Ephesios, Titum et Philemonem, Augustini Quaest. in Ep. ad Rom. nec non Retract. et Expos. in Ep. ad Gal. fol. 177—190 epistulas S. Ignatii duodecim una cum Laude Heronis atque deinde Passionem eiusdem patris, epistulam S. Polycarpi ad Philippenses et Passionem Ayulfi abbatis atque sociorum eius continens. Codicem eundem esse, quo Faber usus est, iam supra dixi et nunc mihi probandum est. Si codices omnes, quos cognitos habemus, accuratius inspexeris, facile intelleges duos tantum eiusmodi esse,

1) Bibliotheca bibliothecarum p. 66.

Generated at University of Toronto on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

ut textus Fabri ex iis desumptus esse dici possit, Parisinum et Baliolensem. Inter hos autem priorem ab editore Parisino adhibitum esse inde apparet, quod ille in locis plurimis, cum editione principe contra codicem Baliolensem consentit. Sufficit epistulas duas editionis Fabri priores accuratius inspicere. In epistula ad Trallianos editor et codex Parisinus contra codicem Baliolensem exhibent 3, 1 *et coniunctio: coniunctio;* 4, 1 *et si: et;* 6, 2 *evangelii: evang. Christi;* 6, 3 *dominum: deum;* 7, 3 *vobis b. apostoli: b. apostoli vobis;* 7, 4 *consessores (confessoris* Fab.*) episcopi: consensores Christo*; 8, 1 *carissimos: clarissimos;* 9, 4 *est cum apostolis: cum ap. est;* 9, 4 *sedet: sedit;* 10, 2 *cruce domini: domini cruce;* 10, 3 *ego: ego vero;* 10, 3 *vere mortuus est: m. est vere;* 10, 5 *a Iohanne: ab Ioh.;* 12, 1 *una cum compraesentibus: cum praesentibus;* 12, 2 *in invicem: invicem;* 13, 3 *in domino: a domino;* in epistula ad Magnesianos inscr. *Iesu Christo: Christo Iesu:* 3, 1 *episcopi: Christi*; 3, 4 *ininterpretabilem: interpretabilem;* 5, 2 *vera moneta: vere m.;* 5, 3 *si vero quis: si quis vero;* 5, 4 *in nobis: nobis;* 6, 2 *Christum Iesum: Iesum Chr.;* 7, 1 *tale enim: t. etenim;* 7, 2 *ingeniti dei patris: d. p. ingeniti;* 8, 2 *ideoque et: ideoque;* 8, 2 *inspirante gratia: inspirati gr.;* 9, 1 *vacuam: non vacuam;* 9, 1 *nam et Abraham, inquit, pater: pater*; 9, 3 *saltationes: salutationes;* 9, 4 *octava (octavo* Fab.*): octona;* 9, 4 *quo: qua;* 10, 3 *dominetur vestri: d. vobis;* 11, 1 *agnovi: agnosco;* 11, 2 *benef. hominum: beneficiis;* 11, 2 *et solum: et;* 11, 3 *atque resurrexit: et res.;* 12, 2 *quoniam: quia;* 12, 2 *primus: primo;* 12, 2 *omnia quae: quae;* 12, 3 *Iob: Iacob;* 12, 3 *cinerem: cineres;* 12, 3 *supra: super;* 13, 1 *spirituali Stephano presbytero vestro et secundum deum diaconis: spirituali;* 13, 2 *invicem: in invicem;* 13, 2 *secundum deum: secundum;* 14, 2 *orationibus vestris: orationibus;* 14, 2 *laudabili vestra: laudabili;* 15, 1 *unde scribo: scribo* [1]).

Altera ex parte in iisdem epistulis plures sunt loci, ubi

---

1) Plures alias eiusmodi lectiones collegi in *Theol. Quartalschrift* 1881 p. 143.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google Original from HARVARD UNIVERSITY

Codex Baliolensis cum Fabro adversus codicem Parisinum facit, scilicet in epist. ad Trall. 7, 3 *presbyteros et diaconos: presbyteros*; 9, 5 *quo: in quo;* 10, 4 *collocutione: allocutione;* in ep. ad Magn. 1, 1 *exsultans: exsultas;* 6, 1 *regni: regni enim;* 6, 2 *secundum carnem nemo: nemo sec. c.*; 7, 1 *ideo: deo;* 8, 1 *omnia nova: nova omnia;* 10, 1 *secundum autem quod agimus: sec. quod ag. autem;* 15, 1 *in honore: in honorem.* Sed hae lectiones non solum non tam crebrae sunt quam illae, sed etiam multo minoris momenti, et fere omnes inde explicari possunt, quod editor princeps permulta, quae in suo codice legit, ex ingenio suo emendavit.

Difficilius nonnulli alii loci e codice Parisino derivandi sunt, praesertim Eph. 9, 4, ubi contra Fabrum exhibet *et: et introductos*, Eph. 13, 1 *convenire: accedere*, Rom. 7, 2 *conscendite: consentite quae vobis scribo* [1]), et concedam equidem, editorem ad emendandos aliquos locos alium quoque codicem inspexisse vel consuluisse idque codicem Baliolensem. Nihilominus constat, editionem eum e codice Parisino instituisse, et cum hic adhuc exstet, deinceps liber manuscriptus, non liber impressus in textu constituendo nobis respiciendus est.

2) Codex 229 Biblioth. Collegii Baliolensis Oxoniae, membranaceus, in folio, saec. XII, fol. 103—116 S. Ignatii epistulas duodecim et Laudem Heronis exhibens, sequente S. Polycarpi epistula ad Philippenses, sermone Io. Chrysostomi de reparatione lapsi et libris Hieronymi de hebraicis quaest. et de locis, praecedentibus pluribus scriptis vel epistulis Hieronymi et aliorum patrum.

3) Regius 81 in Bibliotheca Vaticana, membranaceus, in octavo, saec. IX, post pauca alia fol. 13—88 Ignatii epistulas duodecim et Laudem Heronis, fol. 89—87 Polycarpi ep. ad Philipp. et Vitam eiusdem patris continens, qua absoluta amanuensis hosce versus rubros apposuit:

Huius opus scripti finaliter explicit istic.
Hic liber Ignatii radiatur dogmate sancti.

---

1) Cf. *Theol. Quartalschrift* 1881 p. 142, ubi plures eiusmodi lectiones exscripsi.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

Huic si quis nequam sancto subtraxerit unquam,
Ad finem vitae barathri crucietur in igne.

Liber olim Ludovici Carterii *(Loys Cartier)* erat et ab hoc forsan Alexandro Petavio donatus aut divenditus est. Ad textum recensendum eum iam a duobus editoribus adhibitum esse supra dixi. Hic addo, Dressel, quamvis diligenter codicem contulerit, nihilominus ei plures lectiones adscripsisse, quas ego non inveni. Ex. gr. Trall. 7, 2 codex exhibet *inquid*, non *in quid;* 7, 4 *quid* (ante *etiam)*, non *quis:* Magn. 3, 1 *sed*, non *sed et id;* 6, 1 *regni*, non *regni enim;* 10, 2 *suscipit*, non *suscepit;* Tars. 6, 4 *genuit*, non *generat;* 9, 1 *eas*, non *easque;* Philipp. 3, 2 *vere manducavit*, non *vere et m.;* Polyc, 2, 1 *anima et corpore*, non *anima;* Ant. 14, 2 *quem*, non *quae;* Eph. 6, 2 *super omnes*, non *s. omnia* [1]).

4) Palatinus 150 in Bibl. Vaticana, membranaceus, in octavo, saec. XIV, primo loco Ignatii epistulas duodecim una cum Laude Heronis et epistulam Polycarpi ad Philipp., deinde epistulas septem beati Antonii abbatis ad diversa monasteria, fol. 94—180 Pastorem Hermae, fol. 181—193 enchiridion Xysti Pythagorici exhibens. Liber minus diligenter quam ceteri exaratus est. Laborat multis scripturae vitiis aliisque mendis manifestis, quae tamen prima vel secunda manus maxime ex parte correxit et quorum pauca tantum in notis exscripsi. Primus inter editores eum adhibuit Symphorianus Champerius, postea eum contulit Dressel. Ille quidem non indicavit, quo libro in edenda Ignatii epistula ad Mariam Cassobolitanam usus esset. Revera autem ex hoc codice Palatino hausisse ex his lectionibus apparet. Editor et codex contra ceteros libros manuscriptos simul exhibent: inscr. *et Deo: Deo;* 1, 3 *anima: anima gustum;* 2, 1 *optam non meis (optavi n. in eis* Champ.): *o beata n. meis; plicamorum (publicanorum* Champ.): *aliorum plurimorum;* 2, 3 *ego: enim*; 3, 2 *mente (in te* Champ.) *negotium: negotium mente;* 4, 1 *te ipsam: tu ipsa;* 4, 3 *revelare: relevare.* Duobis tantum locis, 4, 1 *(centupliciter)* et 5, 1 *(fuge)*

1) Imaginem scripturae huius codicis et sequentis exhibet Dressel in calce editionis suae.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

textus Champerii cum ceteris codicibus vel uno ex iis contra Palatinum consentit. Sed illa lectio (pro *centumpliciter)* parvi momenti est; hoc loco codex Palatinus lectionem corruptam *(fugigite)* exhibens ipse occasionem emendandi editori dedit. Aliae lectiones, quae in nullo codicum nostrorum inveniuntur, nihil probant, quippe quae haud dubie ex ingenio editoris originem trahant, ex. gr. in inscriptione *christicolae* pro *christiferae.*

Exstat quintus codex in Bibliotheca Collegii Magdalenensis Oxoniae, signatus numero 76, scriptus a Ioanne de Rodenberga Germano. Eiusdem familiae est ac codex Palatinus et aetate ceteris codicibus multo inferior. Cum enim praeter epistulas Pseudoignatii versionem Vitae Gregorii Nazianzeni latinam contineat, quae ab Ambrosio Camaldulense † 1490 instituta est, non ante finem saeculi XV confectus est [1]). Quae cum ita sint, non nimis doleo, quod eum inspicere mihi non licuit. Ad textum constituendum uno vel duobus locis exceptis (Philipp. 13, 3 et Eph. 9, 2), ubi solus lectionem rectam conservasse videtur, nihil confert [2]).

Quodsi codices laudatos accuratius inspexeris, haud te fugiet, ex uno exemplari eos derivatos esse. Omnes enim in ep. ad Trall. 9, 5 plura verba omittunt et in ep. ad Polyc. 3, 2 in voce *hominem* desinunt. Exemplar autem illud non interpretis ipsius fuisse inde elucet, quod in omnibus quaedam menda leguntur, quae nonnisi e neglegentia librarii latini, neque vero e textus graeci obscuritate explicanda sunt, ex. gr. Philipp. 4, 1 *invidia* pro *in Iuda;* 4, 3 *auxiliatores* pro *auxiliator est;* Philad. 2, 2 *voluntate* pro *voluptate*, 3, 1 *a verbis* pro *ab herbis,* 3, 2 *maledicis* pro *maledictis*, 7, 2 *prohibentem* pro *providentem,* 8, 1 *consensum* pro *consessum,* Eph. 6, 1 *verum* pro *virum*, 10, 4 *falsa* pro *salsa*. Nec tamen codices inter se pares sunt. Dividuntur potius in duas familias, quarum unam Parisinus, Baliolensis et Regius efficiunt, alteram Palatinus nec non Mag-

1) Cf. Usher, Polyc. et Ignat. epist. p. CXXII sq.

2) Zahn, Ignat. et Polyc. epp. p. XXV—XXIX sex codices enumerat. Sed non vidit, codicem Thuaneum eundem esse ac codicem Fabri seu Parisinum.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

dalenensis. His enim plura debemus, quae in illis exciderunt (cf. Eph. 9, 2. Philipp. 5, 1; 6, 1; 8, 2), et altera ex parte in his vel in codice Palatino (codicem Magdalenensem ex rationibus supra laudatis nonnisi duobus locis respexi) plura desiderantur, quae in illis leguntur (cf. Trall. 11, 4. Magn. 3, 8. Philipp. 13, 3). Priori familiae codicem Regium quoque adnumeravi. Attamen notandum est, eum pluribus locis etiam Palatino affinem et quasi medium inter duas partes esse.

Codex Baliolensis reliquis codicibus eiusdem familiae certe inferior est. Librarius textum saepe emendare vel verba saltem aliter ponere ausus est. Cf. Trall. 4, 2; 6, 2; 7, 3; Magn. 5, 3; 6, 2; 7, 2; Philipp. 11, 2; Eph. 13, 2; 16, 1 etc. Ceteroquin codex proxime ad Parisinum accedit. Maximi aestimandi sunt codices Parisinus ac Regius. Sed neque hi textum tam fideliter tradiderunt, ut hunc vel illum ducem sequi possemus. Quae cum ita sint, certa regula in textu constituendo omnino inveniri nequit. Id tantum dicere licet unum vel alterum codicem ex illis tribus, qui sunt eiusdem familiae, cum codice Palatino, teste alterius partis, concinentem ceteris plerumque praeferendum esse. Nonnunquam autem textus graecus hos maiorem auctoritatem habere docet. Interpres latinus quidem suo munere non ubique eodem modo functus est, sed nunc verba graeca accurate vertit, nunc paraphrasin exhibuit. Nihilominus textum graecum respicientibus plerumque nobis perspicere licet, quae inter lectiones varias ab illo profecta sit, quae librariis attribuendae sint. Textus graecus quoque nobis indicat et prioribus editoribus iam indicavit, pluribus locis codicem Palatinum ceteris testibus omnibus esse anteponendum.

Prima collectionis pseudoignatianae epistula, scilicet ea, quam Maria Cassobolitana Ignatio scripsit, in versione nostra latina non exstat. Legitur autem in versione illius collectionis, in qua Ignatii epistulae genuinae non interpolatae cum epistulis suppositiciis coniunctae sunt quamque Usher in duobus codicibus invenit, quorum alter fuit Ricardi Montacutii, episcopi Norwicensis, postea autem a nemine visus est, alter in Bibliotheca Collegii Gunwelli et Caii Cantabrigiae (signatus numero

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

37) adhuc asservatur [1]). Itaque versionem primae epistulae atque partem epistulae Ignatii ad Polycarpum alteram, quam in codicibus nostris deesse iam supra vidimus, ex hac collectione desumpsi, eoque libentius, quod haec versio ad textum constituendum Ignatii epistularum genuinarum plurimum confert.

Scriptionis modus in codicibus non constat. Plerumque quidem verba ita leguntur, ut medio aevo scribi solita sunt, ex. gr. *michi* vel *nichil* pro *mihi* et *nihil, contempno* pro *contemno, benivolentia* pro *benevolentia.* Saepe autem etiam recte scripta sunt. Propterea illam scriptionem in textu edendo imitari non sum ausus, in notis vero eius rationem reddidi.

Codices signavi: Parisinum = f, Baliolensem vel Oxoniensem = o, Palatinum = p, Regium = v. Ubi prima manus codicem correxit, siglo adieci *, ubi secunda, signavi **. Alia sigla sunt: G = textus graecus, U = editio Usseriana, Z = editio Zahniana, ed pr = editores priores, edd pler = editores plerique. Scripturae vitia et alia menda manifesta, quae in codice Regio abundant, non omnia mihi notanda esse videbantur.

IV.

Graece epistulas pseudoignatianas, excepta ea, quam scripsit Maria ad Ignatium, Valentinus Hartung, Frid sive Paceus appellatus, primus edidit e libro manuscripto Bibliothecae reipublicae Augustae Vindelicorum, nunc Monacense, anno 1557 Dillingae [2]). Codex quidem optimae est notae. Sed editor munere suo satis neglegenter functus est et opus vitiis scatet [3]). Editionem longe meliorem paravit Guil. Morelius

---

1) Cf. Usher, Polyc. et Ign. epist. p. CXLI sq. Smith, S. Ignatii epist. Praef. Jacobson, Patr. apost. 1838 t. I p. V. XXXIII.

2) *Τοῦ μακαρίου, ἐν τοῖς ἁγίοις, ἱερομάρτυρος Ἰγνατίου, ὃς καὶ Θεοφόρος, ἀρχιεπισκόπου θεουπόλεως Ἀντιοχείας, ἅπαντα. Τῇ ἐπιμελείᾳ καὶ τῇ σπουδῇ Οὐαλεντίνου τοῦ Εἰρηναίου. Οὐκ ἄνευ προνομίας καὶ τοῦ προτερήματος.* Beati inter sanctos Christi etc. In calce libri adiectum est: *Ἐντυπώθη ἐν Διλιγγίᾳ παρὰ Σεβάλδῳ τῷ Μαῇρ, μηνὶ Μαιμακτηριῶνι, ἔτει δὲ ἀπὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ γεννήσεως χιλιαστῷ πεντακοσιοστῷ πεντηκοστῷ ἑβδόμῳ.*

3) Cf. quae dixi in *Theol. Quartalschrift* 1879 p. 600 sqq.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / Public Domain in the United States
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

a. 1558 Parisiis [1]). Codicem quidem non inspexit. Textum autem editionis Pacei a mendis crebris purgavit, plures locos corruptos adhibita versione vetere latina vel feliciter coniectando sanavit, in adnotationibus textu adiunctis diligentissime emendationes indicavit, ne pervertisse cuipiam locum aliquem videretur. Minore laude digna est editio tertia, quam instituit Tiguri a. 1559 Andreas Gesner [2]). Editor in prooemio dicit, exemplar manuscriptum graecum ex Bibliotheca Cl. V. piae memoriae D. Gaspari a Nydprugck se nactum esse, et posteriores putaverunt, illud a libro manuscripto Augustano non pendere, sed codicem plane novum esse. Dressel et Zahn etiam contenderunt, editorem Tigurinum editionis Dillingianae prorsus ignarum fuisse. Erraverunt autem. Infra probandum erit, codicem quem dicunt Nydpruccianum e codice Augustano provenisse. Hic addo, editionem Tigurinam non ex aliis fontibus fluxisse quam editionem Parisinam, scilicet e codice laudato vel editione Dillingiana et versione latina, longe minoris autem pretii esse, cum editor nimiam in textu constituendo libertatem sibi vindicaverit nec semel indicaverit, num lectio tradita sit an coniectura tantum nitatur [3]).

Editiones laudatae quasi fontes sunt, e quibus editores per longum tempus hauserunt, scilicet Christophorus Plantinus [4]), Iacobus Grynaeus [5]), Martialis Mastraeus [6]), Nicolaus Vedelius [7]).

---

1) *Τοῦ ἐν ἁγίοις ἱερομάρτυρος Ἰγνατίου ἀρχιεπισκόπου Ἀντιοχείας ἐπιστολαί.* Sancti martyris etc. Recusa a. 1562.

2) *Τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Ἰγνατίου ἀρχιεπισκόπου θεουπόλεως Ἀντιοχείας ἐπιστολαὶ δώδεκα.* Ignatii beatissimi etc. Editio pars est operis, quod inscribitur: *Θεολόγων διαφόρων συγγράμματα παλαιὰ καὶ ὀρθόδοξα.* Theologorum aliquot graecorum veterum orthodoxorum libri graeci etc.

3) Cf. quae de editione Tigurina disputavi in *Theol. Quartalschrift* 1879 p. 617 sqq.

4) *Τοῦ ἐν ἁγίοις ἱερομάρτυρος Ἰγνατίου ἀρχιεπισκόπου Ἀντιοχείας ἐπιστολαί.* Sancti martyris etc. Antverpiae 1566 et denuo 1572.

5) Basileae 1589 in Orthodoxographorum volumine. Cf. Usher, Annotat. praef.

6) *Τοῦ ἐν ἁγίοις ἱερομάρτυρος Ἰγνατίου ἀρχιεπισκόπου Ἀντιοχείας ἐπιστολαί.* Sancti martyris etc. Parisiis 1608. Recusa in Bibliothecae patrum tomo I a. 1624.

7) *Τὰ τοῦ ἁγίου Ἰγνατίου μάρτυρος ἐπισκόπου Ἀντιοχείας εὑρισκόμενα*

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google Original from HARVARD UNIVERSITY

Neque Usher eo tempore, quo editionem suam parabat [1]), alios libros adhibere potuit. Nonnisi opere perfecto apographum codicis Florentini nactus est. Dicit quidem, se in epistularum recensione apographo illo usum esse [2]). Sed verba haud dubie non de textu constituendo, sed de annotationibus intellegenda sunt, quas tribus annis post editioni adiunxit. Isaac Voss [3]) alterum codicem Florentinum adhibuit ex eoque primus epistulam Mariae ad Ignatium publicavit. Cotelier [4]) codicem Thuaneum, nunc Parisinum 341, contulit. Petermann [5]) Occidenti versionem armeniacam vulgavit. Maximam quidem operam in libris manuscriptis perquirendis navavit Albertus Dressel [6]). Magis autem de textu emendando meritus est Zahn [7]), omnia, quae hucusque publicata erant, diligentissime colligens et sagacissime disponens. Attamen codicibus destitutus vix potuit a via recta non aberrare. Inprimis nimiam fidem codici quem dicunt Nydprucciano habuit, qui revera est nullus.

Codices, qui nunc cogniti sunt, in duas classes dividuntur. Alterius classis sunt ii, qui epistulas pseudoignatianas omnes continent, alterius ii, in quibus epistulae suppositiciae epistulis genuinis adiunctae leguntur. Codices illius classis sunt hi:

1) Monacensis 394, in folio, membranaceus, fol. 261,

ἅπαντα. S. Ignatii episc. Ant. et mart. quae exstant omnia, in duos libros distincta, quorum prior continet epistolas genuinas, alter suppositicias. Genevae 1623.

1) Polycarpi et Ignatii epistolae etc. Oxoniae 1644.

2) Appendix Ignatiana 1647 p. 75.

3) Epistolae genuinae S. Ignatii martyris, quae nunc primum lucem vident ex Bibliotheca Florentina. Adduntur S. Ignatii epistolae, quales vulgo circumferuntur etc. Amstelodami 1646.

4) SS. Patrum, qui temporibus apostolicis floruerunt, Barnabae etc. opera, vera et suppositicia. Parisiis 1672. Repetita a Ioanne Clerico 1698 Antverpiae et 1724 Amstelodami. Commemorandae sunt etiam editiones, quas paraverunt Whiston, *Primitive Christianity reviv'd; vol. I containing the Epistles of Ignatius, both Larger et Smaller, in Greek and English* (Londini 1711), et Migne, Patr. G. t. 5 a. 1857. Hic repetiit textum Co講elerianum.

5) S. Ignatii patris apost. quae feruntur epistolae. Lipsiae 1849.

6) Patrum apostolicorum opera etc. Lipsiae 1857. Editio altera 1863.

7) Ignatii et Polycarpi Epistulae, Martyria, Fragmenta. Lipsiae 1876.

Digitized by Google

Original from HARVARD UNIVERSITY

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States

saec. X [1]) vel saec. XI ineuntis. Continet fol. 1—212 Catecheses Cyrilli Hierosolymitani, fol. 213—261 epistulas Pseudoignatii. Utraque scriptura vero est mutila. Cum unum folium exciderit, illa desinit in verbis ἔθου θλίψεις ἐπὶ τὸν νῶθον ἡμῶν (Cat. myst. V c. 17), haec incipit verbis [ἀ]νάσκαλον δὲ τὸν λογισμόν vel potius τῷ λογισμῷ σου (Mar. ad Ign. 2, 2). Codex optimae notae* est. Vitia quidem non prorsus deficiunt, sed rara sunt. Epistulas pseudoignatianas primus Val. Hartung ex eo descripsit. Denuo ego eas contuli. Codex etiam eo notabilis est, quod nobis indicat, tria capita epistularum Ignatianarum in sacra liturgia praelecta fuisse, scilicet dominica secunda quadragesimae Smyrn. 6, 1—9, 4, dominica tertia quadragesimae Ephes. 2, 3 (πρέπον οὖν ὑμᾶς ἐστιν κτλ.) — 8, 2, in festo S. Ignatii Rom. c. 4—10. Cf. quae dixi in *Theol. Quartalschrift* 1879 p. 610 sqq.

2) Vaticanus 859, in folio, membranaceus (folia 2—27 et 263 sunt chartacea), fol. 288, saec. XI vel saec. XII ineuntis. Ignatii epistulae leguntur in foliis 151—195. Praecedunt 1) Ὑπόμνημα εἰς ἅγιον ἀπόστολον Φίλιππον, 2) Ἀκολουθία εἰς τὸν ἅγιον Παντωλεήμονα, 3) Μαρτύριον τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Παντ., 4) Μεθωδίου Πατάρων εἰς τὸν ἔσχατον καιρόν, 5) Διονυσίου Ἀρεοπαγίτου περὶ οὐρανίας ἱεραρχίας κτλ. Sequuntur Polycarpi et Barnabae epistulae conglutinatae, altera fine, altera initio carens, Iacobi fratris Domini, Gregorii Nazianzeni, Ioannis Chrysostomi et aliorum sermones. Sicut autem Polycarpi et Barnabae epistulae coniunctim leguntur, ita Ignatii quoque epistula ad Trallianos cum Dionysii epistula ad Titum consarcinata est. Verba enim huius: καὶ τὴν μὲν κατ' αἰτίαν, τὴν δὲ καθ' ὕπαρξιν, τὴν δὲ κατὰ μέθεξιν, καὶ ἄλλα ἄλλως, ὡς ἡ κατ' αὐτά [2]) excipiunt verba illius: οὖν πρᾳότητος, ἐν ᾗ καταλύεται ὁ ἄρχων κτλ. (Trall. 4, 2). Deficiunt ergo, cum epistulae in codice ordinem communem obtineant, praeter exordium epistulae ad Trallianos epistulae Mariae et Ignatii mutuae. In operibus Dionysii deest praeter finem epistulae ad Titum epistula ad

1) Cf. Ign. Hardt, Catalog. codd. mscr. graec. Bibl. reg. Bav. I, 4, 222.
2) Cf. Dionys. Areop. opp. ed. Corderius Venet. 1755 I p. 614.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / Public Domain in the United States
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

Ioannem apostolum integra. Codex quidem vitiis scripturae ex itacismo exortis et aliis scatet, ut infra in describendis apographis apparebit, sed magni etiamsi minoris pretii quam codex Monacensis est. Primus eum excussit Dressel [1]) et diligentissime munere suo functus est. Pauca tantum minus recte legit, ex. gr. Trall. 5, 2 Χερουβὶν καὶ Σεραφίν pro Χερουβὶμ κ. Σεραφίμ, Magn. 12, 1 ὦν pro ὧν, Tars. 6, 2 γίνεθαι pro γενέσθαι, Philipp. 8, 4 ἡ λιγγιᾶς pro ἡλιγγιᾶς.

3) Regius 30 in Bibliotheca Vaticana, in 4°, membranaceus, fol. 167, saec. XI, initio ac fine mutilus. Continet post opera Dionysii Areopagitae acephala fol. 161—167 partem Peudoignatii epistulae ad Ephesios maiorem (1—18, 1). Diligentissime scriptus est. Post Dressel ego eum denuo contuli.

4) Ottobonianus 348 in Bibliotheca Vaticana, in 4°, chartaceus, fol. 84, saec. XVI ineuntis [2]). Praecedunt tria folia, quorum primum ac tertium vacua sunt, secundum haec exhibet: *Ignatii et Polycarpi martyrum beatorum epistolae*, et: *Ex codicibus Ioannis Angeli Ducis ab Altaemps.* Continet ergo codex praeter epistulas Pseudoignatii (fol. 1—63) epistulam Polycarpi (fol. 63—84) vel potius, cum haec eodem modo quo in codice Vaticano cum Barnabae epistula conglutinata sit, epistulas Polycarpi et Barnabae mutilas. Neque Pseudoignatii epistulae integrae sunt. Codex incipit enim verbis ὡς ἡ κατ' αὐτὰ οὖν πρᾳότης vel eodem loco quo codex Vaticanus, nisi quod verba ὡς ἡ κατ' αὐτά, quae sunt Pseudodionysii, Pseudoignatio attribuuntur et vox πρᾳότητος mutata est in vocem πρᾳότης. Si librarius codicis Ottoboniani in hoc erravit, initium epistulae ad Trallianos deesse recte intellexit. Maior enim pars primi folii vacua relicta est. Prima pagina nihil nisi titulum totius operis: Τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Ἰγνατίου τοῦ θεοφόρου ἐπιστολαί, titulum epistulae ad Trallianos: Πρὸς Τραλλησίους, ἐπιστολὴ δευτέρα, et in margine hanc notam exhibet: λείπει

1) Idem in tabula lapidi incisa editioni suae adiuncta imaginem scripturae et huius codicis dedit et plurimorum aliorum, quorum deinceps mentio fit.

2) Dressel, Patr. ap. p. LVI codicem saeculo XIV ineunti adscribit, nisi forte typographus erravit et legendum est *saec. XVI ineuntis.*

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

ἡ ἀρχὴ τῆς πρὸς Τραλλησίους ἐπιστολῆς β̄, cui secunda manus addidit: τῆς δὲ πρώτης τὸ πᾶν. Textus ipse incipit in parte inferiore paginae alterae. Secunda manus in margine emendationes, coniecturas, scholia adiecit. Primus codicem contulit Dressel. Ego partem eius maiorem accurate inspexi.

5) Barberinus IV 68, olim 428, in 4°, chartaceus, saec. XVII. Continet Pseudoignatii epistulas duodecim integras, et quis librum exaraverit et e quo codice eam descripserit, e verbis apparet, quae in primo folio leguntur: *S. Ignatii Martyris epistolae graecae ex codice Vaticano a Leone Allatio erutae.* Dressel [1]) quidem putavit, eum non e codice Vaticano 859, sed ex alio nunc deperdito fluxisse, qui numerum 428 habuisset. Sed valde erravit. Numero 428 non codex Vaticanus indicatur, sed olim codex Barberinus signatus erat. Ceterum Allatius non tam exemplar Vaticanum describere quam textum emendatiorem constituere voluisse videtur. Adhibuit enim, ut iam Zahn [2]) vidit, etiam editionem Morelianam, ex qua inprimis epistulam ad Mariam et initium epistulae ad Trallianos hausit, et in margine lectiones codicis Laurentiani plut. LVII n. 7 (G^1) notavit.

6) Florentinus, Bibliothecae Laurentianae plut. VII. n. 21, in 4°, chartaceus, fol. 100, saec. XVI ineuntis [3]). Continet plane eodem modo quo codex Ottobonianus epistulas Pseudoignatii et Polycarpi et Barnabae ac praeterea Hippolyti librum de consummatione mundi et de Antichristo. In primo folio praesertim eadem et in eodem ordine leguntur ac in codice Ottoboniano exceptis iis, quae in nota marginali secunda manus addidit. In initio librarius folium nudum reliquit. Secunda manus autem sermone graeco (Ἐπιστολαὶ τοῦ ἁγίου κτλ.) ea inscripsit, quae in libro insunt.

7) Parisinus Biblioth. Nation. 937, olim Colbertinus 4443, Regius 2874, in 4°, chartaceus, fol. 120, saec. XVI. Fol. 1—81 eadem insunt, quae in codice Florentino. Fol. 82—120

1) Patr. apost. opp. p. LX.

2) Ign. et Polyc. epp. p. XXIV sq.

3) Bandini, Catal. codd. gr. Bibl. Laur. I p. 269 sq., codicem saeculo XV adscribit.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

sequuntur Dialogus Cyrilli et Nestorii et plura opuscula Athanasii, Gregorii Nysseni et aliorum. Epistulas ad Trallianos, Magnesianos et Tarsenses ego contuli, aliarum epistularum plures locos inspexi.

8) Parisinus Bibl. Nat. Supplem. gr. 341, olim Thuaneus, in 4°, chartaceus, saec. XVI. Insunt praeter plura alia opuscula, praesertim a Gregorio Nysseno scripta, septimo loco epistulae pseudoignatianae, plane eodem modo dispositae ac in codicibus Ottoboniano, Florentino, Parisino altero. Modo nota marginalis in prima folii primi pagina deest. Aliquot codicis lectiones Cotelier exscripsit. Ego epistulas ad Trallianos et Magnesianos contuli, aliarum epistularum plures locos inspexi.

9) Bodleianus Miscell. XV. Auct. D. Infr. 2, 19, olim Leicestrensis, in 8°, membranaceus, fol. 53, saec. XVII. Insunt Ignatii epistulae septem ab Eusebio commemoratae eaeque interpolatae [1]) et in eo ordine dispositae, quem in collectione pseudoignatiana obtinent. Secundum notitiam praemissam codex a Ioanne Berry, qui eum Oundliae in agro Northamptoniensi apud bibliopolam neglectum et inter scruta delitescentem pretio satis exiguo redemerat, a. 1673 Ioanni Fell donatus est. Pearson (Annotationes, apud Smith, S. Ign. epist. gen. 1709) et Smith aliquot lectiones ex codice exscripserunt. Ego eum totum perlegi.

10) Constantinopolitanus, in Bibliotheca monasterii patriarchalis Hierosolymitani, numero 456 signatus, membranaceus, in octavo minore, anno 1056 a Leone quodam scriptus vel finitus [2]), foliis 120 haec continens: 1. Τοῦ ἐν ἁγίοις Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου Σύνοψις τῆς Παλαιᾶς καὶ Καινῆς Διαθήκης ἐν τάξει ὑπομνηστικοῦ (fol. 1—32) [3]), 2. Βαρνάβα ἐπιστολή (fol.

1) Itaque erravit Coxe (Catal. codd. mscr. Bibl. Bodleianae I p. 628) de epistulis Ignatii *genuinis* sermonem faciens.

2) Descriptionem codicis et imaginem scripturae exhibet Ph. Bryennius in sua epistularum Clementinarum editione 1875 p. *η′ κτλ.* In fine codicis (fol. 120a) hoc legitur: *Ἐτελειώθη μηνὶ Ἰουνίῳ εἰς τὰς ια. ἡμέραν γ′. ἰνδ. θ′. ἔτους στφξδ′. χειρὶ Λέοντος νοταρίου καὶ ἀλείτου.*

3) Bryennius in nota addit: *Ἡ πραγματεία αὕτη φέρει μὲν τὴν εἰρημένην ἐπιγραφήν, ἔστιν ὅμως Σύνοψις μόνης τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης ὁριζομένη μέχρι τοῦ προφήτου Μαλαχίου.*

33—51b), 3. Κλήμεντος πρὸς Κορινθίους ά (fol. 51_b med. — fol. 70^a med.), 4. Κλήμεντος πρὸς Κορινθίους β' (fol. 70^a med. — fol. 76^a med.), 5. Διδαχὴ τῶν δώδεκα Ἀποστόλων (fol. 76^a med. — 80), 6) Ἐπιστολὴ Μαρίας Κασσοβόλων πρὸς τὸν ἅγιον καὶ ἱερομάρτυρα Ἰγνάτιον ἀρχιεπίσκοπον θεουπόλεως Ἀντιοχείας (fol. 81—82^a med.), 7. Τοῦ ἁγίου Ἰγνατίου θεουπόλεως Ἀντιοχείας πρὸς Μαρίαν, πρὸς Τραλλιανοὺς κτλ. (fol. 82^a med. — 120^a init.). Codex ille pretiosissimus est, qui primus textum epistularum Clementinarum integrum nobis suppeditavit et ad textum Barnabae epistulae constituendum permultum contulit. Ipsum inspicere quidem mihi non licuit. Sed Philotheus Bryennius, metropolita Nicomediensis, vir de literis christianis optime meritus, maxima cum liberalitate epistulas pseudoignatianas in usum meum accuratissime contulit. In hac sectione codex non tantum valet quantum codex Monacensis. Quod iam in epistulis Clementis ac Barnabae perspeximus, id hic quoque animadvertimus: librarius aut huius libri aut exemplaris, e quo descriptus est, textum non semper fideliter tradidit, sed plura ex ingenio suo mutavit. Nihilominus codex magni aestimandus est. Solus in hac classe textum integrum servavit, et quamquam non multos, attamen nonnullos locos emendat (cf. ex. gr. ep. ad Mar. 1, 1 Κασσοβόλων pro καὶ Σόβηλον, Philipp. 11, 3 κινήσας pro ἠκείσας (codd.) vel ἐξώσας (edd.) 11, 4 ἀφηνιάσας pro ἀφηνιᾷς. Her. 9, 2 τῷ εὐαγγελίῳ pro τὸ vel εἰς τὸ εὐαγγέλιον, Rom. 7, 2 φιλόϋλον pro φιλοῦν τι) vel emendationes coniectando iam prius factas confirmat (ex. gr. ad Mar. 1, 1. Polyc. 6, 2. Her. 6, 2. Eph. 6, 2. 3; 8, 1; 9, 4. Rom. 6, 1).

Cum Andreas Gesner e Bibliotheca Nydprucciana exemplar manuscriptum se esse nactum dicat, editores priores codicibus laudatis codicem N y d p r u c c i a n u m adnumeraverunt. Equidem eum in enumeratione codicum omittendum esse censui, cum ipse deperditus sit eiusque archetypus in codice Monacense adhuc exstet. Eum autem ex hoc originem traxisse ex his apparet. Primo uterque codex easdem Pseudoignatii epistulas integras continet, cum alius non sit cognitus, qui Mariae epistulam ad Ignatium aut mutilam exhibeat aut ea plane careat. Tum textus Nydpruccianus vel Tigurinus cum codice Monacense aeque

concinit atque ab aliis codicibus divergit, ita ut non sit dubium, codices Nydpruccianum et Monacensem eiusdem saltem familiae esse. Sin accuratius eos inter se comparaveris, etiam animadvertes, illum ex hoc ipso fluxisse. Invenies quidem multas lectiones varias. Neque vero te fugiet, editorem Tigurinum vel librarium exemplaris Nydprucciani textum saepissime cum e versione vetere latina [1]) tum ex ingenio suo emendasse vel etiam per neglegentiam corrupisse [2]). Immo denique perspicies,

---

1) Cf. Mar. 2, 1 *ἐμαυτῷ* cod. Monac.: *ἐμαυτοῦ* cod. Nydprucc. vel ed. Tigurina. — Trall. 6, 3 *τὴν ἐκ παρθένου: καὶ τὴν ἐκ π.* — Magn. 6, 1 *ἠγάπησα: ἀγάπῃ,* 12, 3 *αὐτοί: ὑμεῖς* — Tars. 5, 2 *ᾧ καί: ὃς καί* — Philipp. 1, 2 *Ἰησοῦς: Ἰ. Χριστός*, 4, 2 *καλὸν κινῶν: καλῶν τε καὶ κινῶν (κικῶν)*, 4, 4 *ἀγνοίας:* add *γάρ*, 4, 4 *τῶν ἑαυτοῦ λόγων: τὸν ἑαυτοῦ λόγον,* 6, 1 *οὗτος:* add *θεός,* 7, 3 *διο δόξη . . βέννεις: διὰ λοξὰ . . βαίνεις,* 8, 3 *στρεβλούμενον: στρεβ. καί,* 10, 2 *κλέπτων οὐ: κλ. ἅ,* 11, 1 *παραδεδόσθαι:* add *λέγειν,* 11, 3 *ἐφέλκῃ: ἀφ.,* 13, 3 *μετὰ τήν: καὶ τήν,* 13, 3 *σαββάτου:* add *τοῦ πάσχα.* — Philad. inscr. 2 *ὦσιν: οὖσι,* ibid. *πνεύματι: πνευματικῇ,* 2, 1 *τῆς κακοδιδασκαλίας: τὴν -ίαν*, 4, 5 *ψέγων: ψέγω δέ*, 4, 5 *τούτων: ὧν,* 4, 5 *ἀλλ᾽: οὐχ . . δέ,* 4, 5 *αὐτούς: ἑαυτῶν τοῦ γένους*, 6, 3 *ἐπὶ κλίνῃ βιῶν: ἐπικαλεῖται Ἐβίων,* 6, 6 *ὡς: ὥσπερ καί,* 6, 9 *εὐχαρίστως: -στῶ,* 7, 1 *ἐκραύγασα: ἐκρ. γάρ,* 8, 2 *τοῦ εὐαγγελίου: τὸ εὐαγγέλιον*, 8, 3 *πρόκειται: προκρίνεται,* 9, 2 *ἅγιος* pr: add *δέ,* 10, 1 *καὶ δοξάσαι: δοξάσαι,* 11, 1 *Γαΐα: Γαΐῳ.* — Smyrn. 1, 1 *τοῦ: τοῦ Χριστοῦ,* 3, 3 *ἐπίστευσεν: -αν,* 3, 6 *τμῆμα: σῆμα,* 5, 1 *ἡμέτερα τῶν: ἡμ. τά,* 5, 3 *μετανοήσουσιν: -ωσι*, 6, 3 *ἑστῶτα: ἐνεστῶτα,* 7, 2 *περὶ αὐτῶν: μετ᾽ αὐτῶν,* 11, 1 *θέλημα: δὲ θέλημα τοῦ θεοῦ,* 11, 3 *καὶ ἑτοίμους: καὶ ἕτοιμός ἐστιν ὁ θεός,* 12, 1 *συναδέλφοις: ἀδελφοῖς,* 12, 2 *κοινῇ: καὶ κοινῇ.* — Polyc. 2, 1 *ἐν βροχαῖς: ἐμβροχαῖς.* — Antioch. 6, 1 *νεολέα: νεολαία,* 7, 2: *ὡς: ὡς οὖν,* 8, 1 *σπένδομαι: σπεύδομαι*, 11, 2 *ἡμῶν: ὑμῶν,* 14, 2 *πεφωτισμένον: -νοι.* — Heron. 3, 2 *διακονῇ: διακονεῖς.* — Ephes. 1, 2 *πεποιθότες: -τα,* 3, 1 *ὄνομα:* add *αὐτοῦ*, 5, 2 *πίστει: πιστοῖ,* 6, 1 *δῆλον ὅτι: δῆλον,* 7, 1 *ἄλλα τινά: ἀλλά τινα,* 9, 5 *ἔρχεται:* praem *φησίν,* 10, 3 *ἀντέτεινεν: ἀντεῖπε,* 11, 1 *ἢ* pr: *μᾶλλον,* 11, 1 *βίῳ:* add *ἔστω δὲ ἡ ἐνεστῶσα χαρὰ καὶ ἡ ἀληθινὴ τό*, 11, 2 *ἁγνεῦσαι: ἀναπνεῦσαι,* 16, 3 *ἀληθῶς: ἀληθήν,* 16, 3 *δόξῃ: δόξης*, 17, 1 *δυσωδίαν διδασκαλίαν: τις δυσ. διδασκαλίας,* 17, 2 *γινόμεθα: γινώμεθα*, 19, 3 *μαγίας: μαγία,* 21, 2 *ἡ χάρις Ἰγν. Ἐφ.:* om. — Rom. inscr. *ἀξιοεπίτευκτος: ἀξιεπίστευτος*, 1, 2 *μὴ φείσησθε: γε φείσ.,* 2, 2 *τοῦ σπονδισθῆναι: εἰ ἤδη σπονδίσοισθέ με τῷ,* 2, 2 *τὸ διαλυθῆναι: τοῦ διελθεῖν αὐτόν,* 3, 2 *λέγω — μὴ μόνον:* om, 6, 1 *ἀληθινοῦ: ἀλ. θεοῦ,* 7, 1 *ἐμοὶ γένεσθε . . τοῦ θεοῦ: δὲ ἐμοὶ παραγίνεσθε . τῷ θεῷ,* 7, 3 *ἥδομαι: ἥσομαι.*

2) Cf. Mar. 1, 1 *ὅσωπερ* cod. Monac.: *ἧπερ* cod. Nydprucc. vel ed. Tigur., 3, 1 *τοῖς: τήν,* 3, 2 *καὶ αἱ: καί*, 3, 2 *ἦσαν: ἥσαν*, 3, 2 *ἐνεδύασα:*

editionem Tigurinam non e codice Monacense ipso, sed ex editione Dillingiana vel ex apographo illius codicis a Paceo confecto, id quod idem valet, exortam esse. In editionibus enim

---

ἐνεδοίασα, 4, 3 τόνῳ: πόνῳ, 4, 3—5, 1 πολὺς post μισθός: post Χριστοῦ, 5, 2 ἀντεχομένους: ἀντισχ., 5, 2 τέκνα: τέκνας, 5, 3 ἁγιάσει: ἁγιάσοι. — Trall. tit. β. τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολὴ πρὸς Τραλλησίους: τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Ἰγνατίου ἀρχιεπισκόπου θεοπόλεως Ἀντιοχείας ἐπιστολὴ πρὸς Τραλλησίους β, similiter in omnibus aliis epistulis, cum cod Monacensis et editio Dillingiana hunc titulum pleniorem nonnisi in epistula prima seu ad Mar. exhibeant, 3, 1 ἅγιον: ἁγίων, 3, 3 προσάντης: προσαύτης, 4, 1 ἵνα μὴ ἐν κ. ἀπ. κ. δὲ τό: om, 4, 2 τὸ ζῆλος: ὁ ζ., 5, 1 χωρῆσαι: χωρῆσαν, 5, 2 στρατειῶν: στρατιῶν, 5, 2 πάντως: πάντος, 6, 2 Χριστοῦ: τοῦ Χρ., 6, 3 εἰσηγοῦνται: εἰσυγοῦνται, 7, 1 τοῦ λυμαινομένου ἑαυτόν: καὶ λυμαινόμενος τὸν ἑαυτοῦ, 7, 2 ἀχωρίστους: ἀχωρίστοις, 7, 3 καθά: καθ' ὅ, 7, 3 χωρίς: χάρις, 7, 5 δυσσεβής: δυσσειής, 7, 3 διάταξιν: διάταζιν, 8, 1 ἀκοάς: τὰς ἀκ., 8, 1 τὴν ἁγίαν: ἁγίαν, 8, 1 ἧς: οἷς, 8, 1 εὐδοκίᾳ: εὐδοκία γὰρ αὕτη, 9, 1 λαλῇ: λαλεῖ, 9, 1 ταὐτόν: ταὐτό, 9, 4 μεσότυχον: μεσότειχον, 9, 5 Ἀριμαθείας: -θίας, 9, 5 καρδίᾳ: κοιλίᾳ, 10, 1 ἀνειληφέναι: ἀναλ., 10, 1 πεπονθέναι: τῷ τε πεπ., 10, 4 μήτρᾳ: μήτρῳ, 10, 4 χρόνον: χρόνου, 10, 5 ἐμαστιγώθη — κατεκρίθη: om ob homoeotel., 10, 6 κρῖνον: κρίνων, 10, 7 καὶ πᾶς — ζήσεται: om ob homoeot., 10, 8 γυναικός: iteravit τοῦ ἀρχεκάκου ὄφεως τοῦ διὰ τῆς γυναικός, 11, 1 Ἱερεμίας: ὁ Ἱερ., 11, 2 ψευδωνύμους: ψευδονόμους, 12, 2 πατρός: τοῦ π. 12, 3 εἰς τό: εἰς τά, 13, 1 ὑμῶν: ἡμῶν, 13, 3 ἐπὶ κίνδυνόν εἰμι: ἐπικίνδυνός εἰμιν, 13, 3 αἴτησιν . . ᾧ . . ἄμωμοι: αἴτησίν . . ᾧ . . ἄμομοι. — Magn. 1, 2: ποθεινοῦ: καὶ π., 1, 3 διαφεύξεσθε: διαρρήξεσθε, 2 δι' ἄδαγμα: διαδέγμα, 3, 1 ἀφορῶντας: -τες: 3, 3 διελέγχει: διελέγχα, 3, 4 ψευδιερεῖς: ψευδοιερεῖς, 3, 5 μοχθηράν: μοχθηρός, 3, 7 τῷ τοιούτῳ: τὸ τ., 3, 8 Μωσῆς: Μωυσῆς, 3, 9 ἀντεῖπαν: -ον, 3, 10 ἐκκρεμνῆς: ἐκεῖ κρεμηθείς, 3, 10 Ἀβεδδαδάν: Ἀβνέρ, 4, 2 ὡς καὶ ὁ ἀληθινός: ὁ ἀλληθινός, 4, 2 φαίνονται: -ωνται, 5, 1 ἐπεί: ὑπεί, 5, 1 ζωή: ξωή, 5, 1 ἕκαστος: -ον, 5, 1 χωρεῖν: χάρειν, 5, 1 εὑρεθέντος: ἀξεθέντος, 5, 3 εὐσεβῆ . . ἀσεβῆ: -εῖ bis, 5, 3 γινόμενος: γεν., 6, 1 λόγος θεός: λ. θεοῦ, sic fere semper, 7, 1 ἀφ' ἑαυτοῦ: ἀπ' ἐμαυτοῦ, 7, 1 μηδὲ πρεσβ.: καὶ μὴ δὲ πρ., 7, 1 μὴ . . μή: μηδὲ . . μηδέ, 7, 2 ἀγεννήτου: ἐγεννήτου, 8, 1 μύθοις: μύθους, 8, 1 ἀνέχετε: ἐν., 8, 2 γεννητή: -θή, 8, 2 κατευαρέστησεν: -έσκησε, 9, 1 Μωσεῖ: Μωσῇ, 10, 1 μιμήσηται: μωμήσηται, 10, 1 καθά: καθό, 10, 1 παρατηρήσῃ κύριε: παρατηρήσεις, 10, 3 ὑπέρθεσθε: ἀπόθεσθε, 10, 4 γέγοναν: -ασιν, 11, 2 γεννώμενον: γεννωμένῳ, similiter in sequentibus, 11, 2 ἐξωκίλασιν εἰς πολυθεΐαν: ἔξω αὐλίσασι τῆς πολιτείας, 11, 3 καὶ πρός: πρός, 11, 3 αἰώνων: αἰῶνον, 11, 4 οὖν: νῦν, 11, 4 φιλόθεοι: -θεσι, 11, 4 γένηται: γένιται, 12, 3 ἴσον ὠνόμαζον: ὠνόμαζον, 12, 3 εἰμὶ sec.: εἰμίν, 13, 1 πρεσβυτερίου: -τέρου, 13, 2 ἀλλήλοις: ἀλήλοις, 14, 2 ἐκκλησίας: ἐκκλυσίας, 14, 2 ἡνωμένης: ἠνωμένης. Hucusque etiam vitia scripturae leviora ad-

Generated at University of Toronto on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

plura vitia leguntur, quae in codice desiderantur. Huiusmodi lectiones sunt: Trall. 5, 2 πάντος edd.: πάντως cod., 9, 5 εἰρημένων: εἰρημένον, Magn. 14, 2 εἰμή: εἰμί, Philipp. 7, 1 νόμον:

---

notavi, ut cognoscas, quanta cum neglegentia editio Tigurina parata sit. Deinceps eiusmodi menda praetermittam. — Tars. 1, 2 ἴδω: ἴδε, 1, 3 μονοτρόπους: ὁμοτρόπους, 3, 3 γάρ: γὰρ ὅτι, 4, 2 πάντα sec.: πάντα τά, 6, 1 ὁ δι' οὗ: δι' οὗ, 6, 4 βουνῶν: τῶν β., 7, 2 Παῦλος: αὐτὸς ὁ Π., 7, 2 πίστις ὑμῶν: π. ἡμῶν, 8, 2 ἀντίψυχον: -ος, 9, 1 προηγεῖσθε: αἰδεῖσθε, 10, 1 γαμετάς: γαμετά, 10, 3 ἐπιλάθησθε: -θεσθε. — Philipp. tit. περὶ βαπτίσματος: om, 1, 2 τὸν θάνατον: θάν., 1, 2 μία: μία δέ, 2, 2 θεός: θεοῦ, 2, 4 κύριος: καί, 3, 2 καὶ τέξεται: om, 3, 3 ταῦτα pr: αὐτά, 3, 3 ἀρνῆται: ἀρνεῖται, 4, 2 ἐπὶ τῷ: ἐπί, 6, 1 μόνον φυγαδεύων: μόνῳ φυγαδεύειν, 6, 2 ἀπολαλεῖς: ἀποκ., 6, 2 πομπεύων: -ειν, 7, 2 νομοθετῆς: -τεῖς, 7, 3 γεγεννῆσθαι: γεγενῆσθαι, 7, 3 ὅτι: ὅτε, 8, 1 κομιζόντων: κομισάντων, 8, 1 μεμνηστευμένης: πεπιστευμένη, 8, 2 προσκομιδαί, ἐπειδή: προσκομῆσαι, ἔπειτα, 8, 3 ἀμνοῦ: add πρὸ πάθος διὰ τῆς τοῦ ἀμνοῦ, 8, 2 ποιήσῃς: -σεις, 9, 2 μεταβαλεῖν: -βάλλειν, 10, 1 βάλε: βάλλε, 11, 1 προσκυνήσῃ: προσκυνήσει, 11, 3 ἠκείσας: ἀπατῆσαι, 11, 3 προσκυνήσῃς: -σεις, 11, 4 αἰσθητῶν: τῶν αἰσθ., 14, 1 ἀσπάζομαι — Πολύκαρπον: om ob homoeot., 14, 1 ἀντίψυχον: -ος, 15, 2 περὶ Ῥηγείονα: περιρηγεῖς, 15, 2 ἀναγομένου — μου: om — Philad. tit. Φιλαδελφεῖς: -φίους, 3, 2 προσδέχεσθε: -ξεσθε, 4, 1 ἐκχυθὲν εἰς p. ἡμῶν: p. σάρξ, 4, 3 χρή: ἐχρή, 4, 6 πατήρ: om, 4, 8 λίχνοι: λίχναι, 4, 8 ἑαυτόν: ἐμαυτόν, 5, 2 εὐθὲς πνεῦμα: om, 5, 3 Μωσεῖ: -σῇ, 5, 4 καὶ ἀξιοθαύμαστοι: θαυμαστοί, 6, 1 κηρύττειν: -ει, 7, 1 ὧν: οὕς, 8, 2 πράσσετε: πράττετε, 8, 2 ἄθικτον: αὐθεντικόν, 9, 1 κρείσσω: κρείττων, 10, 2 ἀδύνατον: add γάρ, 11, 1 Κιλικίας: κοιλίας, 11, 1 εἰς τὸν θ.: τὸν θ. — Smyrn. 1, 2 πολιτευσάμενος: -ον, 6, 2 ὅλος: om, 7, 1 ἐξεώσαντος: ἐξώσαντος, 7, 1 τοῦ τῷ: om, 8, 1 πρασσέτω: πραττέτω, 8, 1 ἐπιτρέψῃ: -ει, 8, 2 ἔστω: ἔσται, 8, 2 διανομεῖ: -ή, 8, 2 ὃ δ' ἂν πράσσητε: ὅ τ' ἂν πράσσετε, 9, 1 ἔχομεν: ἔχοντας, 9, 5 καθά: καθό, 11, 3 συνδοξάσῃ: -ει — Polyc. 2, 1 πραΰτητι: πραότητι, 2, 1 τῇ αὐτῇ: τῷ αὐτῷ, 2, 2 ὄφις: ὁ ὄφις, 2, 2 ἐπανορθῶσαι: -ώσῃ, 2, 2 αἴτη: αἰτήσῃ, 2, 3 ἀπαιτεῖ σε: ἀπαιτῆσαι, 2, 3 σοί: σοὶ ἡ εὐχὴ πρός, 4, 2 ἀλλ' — δουλευέτωσαν: om ob homoeot., 4, 2 ἀπὸ θεοῦ: παρὰ θ. 4, 2 αἱρέτωσαν: αἱρέσθωσαν, 4, 2 κοινοῦ: κυρίου, 5, 2 καὶ ἐὰν — ἔφθαρται: om, 6, 2 δεσελτωρευθῇ: διασαλευθῇ, 6, 2 δὲ ποσιτά: πολέμικα, 6, 2 ἄκκεπτα: ἆθλα, 6, 2 πραΰτητι: πραότητι, 7, 3 αὐτὸ ἀπαρτίσητε: αὐτὸν ἀγαπήσητε, 8, 1 θέλημα: θεοῦ θ., 8, 1 γράψεις: γρ. σύ, 8, 3 διαμείνετε: -ατε, 8, 3 ἡ χάρις: ἡ χ. μεθ' ὑμῶν. — Antioch. 1, 2 εἰσκομασάσας: -ισάσας, 2, 2 καὶ ἑξῆς — ἄνθρωπον: καὶ τὰ ἑξῆς, 3, 2 κἀγώ: καί, 6, 1 ὑμῖν: ὑμῶν, 6, 2 τοὺς κύνας: om, 7, 2 ἤτω: ἔστω, 12, 2 ἐπορκιστάς: ἐξορκ., 13, 2 ἀσπάζεται a. ὑμᾶς: ἀσπάζονται. — Heron. inscr. σεμνοτάτῳ: om, 1, 1 Χριστοῦ: τοῦ Χρ., 1, 1 καταβάλῃς: -λλῃς, 1, 3 ἀρέσῃ .. ἀθλῇ .. ἀθλήσῃ: -ει ter, 2, 1 ᾖ: om, 2, 3 λέγῃ: λέγει, 4, 1 κοινωνῇ: -νεῖ, 5, 1

Generated at University of Toronto on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

νόμων, 7, 2 ἐγέννητον: ἀγέννητον, Smyrn. 10, 1 ἐπικολούθησαν ἐπηκολούθησαν. Itaque iure meritoque codicem Nydpruccianum e testium numero delevisse mihi videor.

Neque vero codices, qui adhuc exstant quique supra enumerati sunt, omnes testes haberi possunt. Ex iis etiam unus e codice Monacense, plures e codice Vaticano originem traxerunt. Ille est codex Bodleianus. Cum autem non solum proxime ad archetypum accedat, sed etiam omnes fere emendationes exhibeat, quas Morelius instituit, non e codice Monacense ipso, sed potius ex editione Parisina a. 1558 descriptus est [1]).

πάντας: *φησί π.*, 6, 1 *Ἥρωνι . . τέκνῳ*: *Ἥρωνα . . τέκνον*, 6, 2 *ὑποκορύζηται*: *-ίζεται*, 7, 2 *δοχθέντων*: *δεχθέντων*, 7, 2 *θεῷ*: *τῷ θ.*, 9, 1 *ὑπὲρ τ. εἰς ἡ. διακ.*: om, 9, 3 *καὶ τ. κ. οἶκον αὐτῆς ἐκκλ.*: om, 9, 4 *φυλάττοι*: *-ει*. — Ephes. 1, 1 *ἀποδεξάμενος*: *ἀπεδεξάμην*, 1, 1 *ἀναζωπυρήσαντες*: add *οὖν*, 1, 2 *γάρ*: om, 1, 3 *ἐπεί*: *ἐγὼ μέν*, 2, 2 *κατά*: *κατ'*, 3, 2 *καὶ γὰρ — θεοῦ*: om ob homoeot., 4, 1 *ὁ Χριστός*: *Χρ.*, 4, 2 *γένεσθε*: *γίν.*, 6, 1 *ἀνθρώποις νωθροῖς*: *-ους* bis, 6, 2 *ὅτι* pr: *καὶ ὅτι*, 6, 2 *Παύλῳ τῷ κτλ.*: *Παύλου τοῦ κτλ.* 8, 1 *ὅπερ*: *ὥσπερ*, 8, 1 *ὅλοι*: *ὅλως*, 8, 1 *ὑπάρχῃ*: *-ει*, 8, 1 *περίψημα*: *π. δέ*, 8, 1 *αἰῶσιν*: *ἐκβάλλετε*, 9, 4 *ἑαυτόν*: *ἑαυτό*, 9, 4 *φλοίαρον*: *φλύαρον*, 9, 4 *ἀναφερόμενοι κτλ.*: *-ένους κτλ.*, 10, 1 *αὐτοῖς* sec: *αὐτούς*, 10, 2 *πραότητι*: *ἐν πρ.*, 10, 3 *εἰ ἀνταπέδωκα — μισ. ὑμᾶς*: *λέγετε δέ* (haec inseruit, illa om ob homoeot.), 12, 1 *ἐγώ*: add *μέν*, 12, 1 *καὶ* p. *Ἰγνάτιος*: om, 12, 1 *γε*: *γε ἐγώ, ἀλλά*, 12, 1 *τοῦ ἐλαχίστου*: *ἐλάχιστος· ὑμεῖς δέ*, 13, 2 *πονηρίας*: *ἐξουσίας*, 15, 1 *ποιῇ κτλ.*: *ποιεῖ κτλ.*, 15, 2 *ὁ Χριστός*: *Χρ.*, 16, 3 *κολασθήσεται*: om, 16, 3 *ἀπ. ποιμένι*: *π. ἀπ. δέ*, 17, 1 *ἐπὶ κεφαλῆς*: *ὡς ἐπὶ κεφ. τῆς ἐκκλησίας*, 17, 1 *τοῦ θεοῦ*: *θεοῦ*, 17, 1 *Χριστοῦ*: *τοῦ Χρ.*, 17, 2 *ἐξ*: *καὶ ἐξ*, 18, 2 *οἰκονομίαν*: *οἰκ. θεοῦ*, 18, 2 *πνεύματος*: *διὰ πν.*, 18, 2 *ἐγεννήθη*: *ἐγ. καί*, 19, 2 *αὐτούς*: *αὐτά*, 21, 1 *ἀγαπῶν*: *-ῶ*, 21, 2 *ἐν πνεύματι*: praem *καί*. — Roman. inscr. *ἀξίαγνος*: *ἀξιάγιος*, inscr. *ἡμῶν*: om, 1, 2 *ἀδικήσῃ*: *-σει*, 1, 2 *τοῦ*: *τό*, 2, 2 *με*: *μοι*, 2, 2 *μεταπεμψάμενος*: *μ. καί*, 2, 2 *πρός*: *εἰς*, 3, 2 *φαίνομαι*: *-ωμαι*, 4, 1 *ἐντελοῦμαι*: *ἐπιστέλλω*, 4, 2 *εὑρεθήσωμαι*: *-σομαι*, 4, 2 *θεῷ*: *θεοῦ*, 6, 1 *κερδήσῃ*: *-ει*, 7, 1 *λαλῆτε*: *-εῖτε*, 8, 2 *ὁ Χριστός*: *Χρ.* 9, 1 *μόνος*: *μ. γε οὗτος*, 10, 3 *ὑμῖν*: *ὑμῶν*.

1) Longum est, omnes locos enumerare, ubi codex cum editione eandem lectionem habet. Sufficit hos commemorare. Legis utrimque Trall. 1, 1 *συνεχάρη*: *συνεχάρει* ed. Dillingiana, 2, 2 *ὅσά περ*: *ὅσαπερ*, 4, 2 *πολεμοῖ*: *πολεμεῖ*, 5, 2 *καθ' ὅ, τι*: *καθ' ὅτι*, 6, 4 *δ' εἶναι*: *δὲ εἶναι*, 6, 4 *κτῆσιν*: *κτίσιν*, Magn. inscr. *Μαιάνδρῳ*: *Μεάνδρῳ*, 1, 1 *προειλόμην*: *προειλάμην*, 2 *διὰ Δαμᾶ . . Σωτίωνος*: *δι' ἀδαγμα . . Ζωτ.* 3, 4 *κατερείπου . . κατέσφαττεν*: *κατερρίπου . . κατασφάττει*, 3, 10 *ἐκκρεμής*: *ἐκ κρεμνῆς*, 4, 2 *ὅς καί*: *ὡς καί*, 7, 1 *ἀπ' ἐμαυτοῦ*: *ἀφ' ἑαυτοῦ*, 8, 2 *ἀπιστοῦντας*: *ἀπειτοῦντας*, 9, 3 *σαββατίζωμεν*:

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

E codice Vaticano codicem Barberinum erutum esse iam supra vidimus. Eundem autem archetypum habent codices Ottobonianus, Florentinus, Parisinus uterque, et Ottobonianus ex exemplari Vaticano ipso descriptus est. Accuratissime enim cum eo concinit eiusque vitia quoque minutissima exhibet [1]). Altera ex parte nonnumquam ab eo discedit [2]). Sed dissensus rarissimus est et facillime inde explicatur, quod librarius exemplar haud recte legit.

σαββατίζομεν, 9, 3 νόμου: νόμον, 9, 3 ἕωλα; ἕωλα, 10, 2 καλῆται: καλεῖται, 11, 2 ἐξοκείλασιν: ἐζωκίλασιν, 13, 1 ἀξιονίκου: ἀξιοπλόκου.

1) Eiusmodi lectiones sunt hae: Trall. 6, 2 γλυκία codd. Vat. Ottob.: γλυκεία ed. nostra, 6, 3 ἀγαθῶς: ἀγαθός (corr. = corrector codicis Ott.) 6, 4 δ': δέ, 7, 1 τίθεσθαι superscripto ε super αι: τίθεσθε, 7, 1 λυμαινομαίνου: λυμαινομένου, 7, 2 ἀλαζωνίαν: ἀλαζονείαν, 7, 3 χεῖρον: χείρων (corr.), 8, 1 φησάμενος: φεισάμενος (corr.), 8, 2 ἠγάπησεν: ἠγάπ., 8, 2 παράσχειται: παράσχηται (corr.), 8, 3 βλασφημῆται (post διδασκαλία): βλασφημεῖται, 10, 1 γεγενεῖσθαι: γεγενῆσθαι (corr.), 10, 4 ὁμηλίας: ὁμιλίας (corr.), 10, 5 ἐμαστηγώθη: ἐμαστιγώθη (corr.), 10, 7 οὐκ ἕξει: οὐχ ἕξει (corr.), 11, 1 Σίμονα: Σίμωνα, 11, 2 ψευδονύμους: ψευδωνύμους, 12, 3 ὦ: ὢ (corr.), 12, 3 χρίζοντος: χρῄζοντος (corr.), 13, 1 Σμυρνέων: Σμυρναίων, 13, 1 ὧν: ὤν (corr.), 13, 3 ὀνέμειν: ὀναίμην (corr.) — Magnes. 1, 3 ἐάση: ἐάσει, 3, 3 ἐνενήκοντα ἔτη: ἐνενηκονταετῆ (corr.), 3, 4 τεμένει: τεμένη (corr.), 3, 4 ψευδ' ἱερεῖς: ψευδιερεῖς, 3, 4 ἀπαταιῶνας: ἀπατεῶνας, 3, 6 καταφρονεῖτο: καταφρονείτω, 3, 8 παρελογήσαντο: παρελογίσαντο, 3, 9 Ἀβιρῶν: Ἀβειρών, 3, 10 Ἀβεσαλώμ, Ἀβεσσαλώμ, 3, 10, διομοίαν: δι' ὁμοίαν, 5, 2 ψευδόνυμον: ψευδώνυμον (corr.), 5, 2 οὐκ ὑπό: οὐχ ὑπό (corr.), 6, 1 ἠγάπησα: ἠγ. (corr.), 6, 2 μὴδείς: μηδείς, 6, 2 μὴδέν: μηδέν, 6, 2 ἐνώθητε: ἑν. (corr.), 9, 1 Ἀβραάμ (sic semper): Ἀβρ., 9, 1 ἠγαλλιάσατο: ἠγ. (corr.), 9, 3 ἰδρότητι: ἱδρότητι (corr.) vel potius ἱδρῶτι, 9, 3 μεμετριμένα: μεμετρημένα (corr.), 9, 3 ὀρχίσει: ὀρχήσει (corr.), 9, 5 χρηστέμποροι: χριστ. (corr.), 9, 5 χρηματολέλαπαις (corr. superscripsit ε super παις): -λαίλαπες, 10, 4 λιθόδης (corr. λιθώδης): λιθώδεις, 11, 2 γεννόμενον: γεννώμενον (corr.) vel potius γεννωμένῳ, 11, 2 ὁμηλίας: ὁμιλίας (corr.), 12, 2 δέδεμε: δέδεμαι (corr.). Similia exempla etiam ex aliis epistulis permulta afferri possunt. Sed vereor, ne iam nimis multa proposuerim. Cf. adnot. 2 p. XXXVI.

2) Trall. 7, 1 ἑαυτοῦ Vat.: αὐτοῦ Ottob. — Magn. 3, 5 τὸ νέον: τὸν νέον, 12, 1 ὧν: ὤν (pro ὦ) — Philipp. 3, 1 μόνον: μόνος, 4, 2 ἤ: εἰ, 7, 3 ὅτι: om, 8, 2 νηπιοκτόνον: νηπιοκτόνων, 7, 4 τὸ (pro τοῦτο): om — Smyrn. 3, 5 αὐτῶν: αὐτόν, 10, 3 οὐδὲ ἐπησχύνθητε: om — Antioch. 7, 1 ὑμετέραν: ἡμ., 11, 3 φόνου: φθόνου — Eph. 9, 1 ψευδολόγον: ψευδολόγων — Rom. 4, 1 κωλύσητε: κολ., 4, 3 μάται: μάταιον, 6, 1 αὐτοῦ: αὑτοῦ, 7, 3 τοῦ: Ἰησοῦ τοῦ.

Reliqui codices non quidem e Vaticano ipso transscripti sunt, sed duo, scilicet Florentinus et Parisinus Supp. gr. 341, ex exemplari Ottoboniano fluxerunt, unus, Parisinus alter, ex eius apographo Florentino. Librarius codicis Florentini non adeo accurate quidem exemplar propositum depinxit ac scriptor codicis Ottoboniani, sed potius plura mutavit vel emendavit [1]). Nihilominus codex Florentinis saepissime et in rebus minutissimis cum Ottoboniano facit, ita ut non solum eiusdem familiae cum eo, sed potius ex eo descriptus esse putandus sit [2]).

---

1) Eiusmodi lectiones sunt: Trall. 5, 2 *εὐαγγελικάς* Flor.: *ἀγγελικάς* Ottob., 6, 1 *λέγητε*: *λέγετε*, 6, 2 *ἀγαθός* (o* = corrector cod. Ottob.): *ἀγαθῶς*, 6, 3 *μὲν νόμον*: *δὲ ν.*, 7, 2 *ἀπόθησθε* (o*): *ἀπόθεσθε*, 7, 2 *ἔστιν ὑμῖν*: *ὑμῖν ἐστίν*, 7, 5 *τούτων* (o*): *τοῦτον*, 8, 1 *φεισάμενος* (o*), *φησ.*, 9, 1 *ἐκ Μαρίας*: *τοῦ ἐκ Μ.*, 9, 4 *ᾄδου*: *ᾄδην*, 9, 5 et 10, 6 *ἀπὸ τῶν νεκρῶν*: *ἐκ τ. ν.*, 10, 4 *ἔχον* (o*): *ἔχων*, 10, 4 *ἐκυοφορήθη* post *ἡμεῖς*: ante *ὡς καί*, 10, 4 *χρόνων*: *χρόνον* (?), 10, 5 *ἐῤῥαπίσθη*: *ἐραπίσθη*, 10, 5 *οὐδὲ φαντασία*: *οὐ φ.*, 11, 1 *φεύγετε* (o*): *φεύγεται*, 11, 2 *καὶ γὰρ* (o*): *οὐ γάρ*, 11, 3 *καὶ τὰ* (o*): *καὶ τόν*, 12, 3 *ὢ* (o*): *ὦ*, 12, 3 *χρῄζοντος* (o*): *χρίζ.*, 13, 1 *ἡμῶν*: *ὑμῶν* — Magnes. 2 *ὑποτάσσεται* (o*): *ὑποτάσσετε*, 3, 1 *οὐ* (o*): *οὓς*, 3, 3 *παιδάριον ὄν* (o*): *π. ὅν*, 3, 5 *μοχθηρός*: *μοχθηράν*, 3, 7 *παραλογίσασθαι*: *-λογισθῆναι*, 3, 10 *δι' ὁμοίαν* (o*): *διομοίαν*, 5, 3 *ποτὲ μέν*: *τότε μέν*, 5, 4 *ἔχωμεν*: *ἔχομεν*, 6, 1 *ἠγάπησα*: *ἠγ.*, 7, 2 *συνέρχεσθε* (o*): *συνέρχερθαι*, 8, 1 *μύθοις* (o*?): *μύθους*, 9, 1 *ἠγαλλιάσατο* (o*): *ἠγ.*, 9, 3 *σαββατίζωμεν* (o*): *σαββατίζομεν*, 9, 3 *ἕωλα*: *ἕολα*, 9, 3 *μεμετρημένα . . . ὀρχήσει* (o*): *μεμετριμένα . . ὀρχίσει*, 9, 5 *ἦν* (o*): *ὢν*, 10, 1 *παρατηρήσῃς*: *-ρήσῃ*, 10, 2 *καλῆται*: *καλεῖται*, 10, 2 *οὐ*: *οὐ γάρ*, 10, 3 *ζήμην* bis: *ζύμην*, 11, 2 *γεννώμενον* (o*): *γεννόμενον*, 11, 3 *ἐπιστάντα* (subnotato *επι* et in marg. *ὑποστ.*): *ὑποστάντα*, 11, 4 *ὑμῶν* bis: *ἡμῶν*, 13, 1 *κατευοδοθήσεται*: *-ωθήσεται*, 14, 2 *ἑνωμένης* (o*): *ἐν.*, 15, 1 *καὶ αἱ*: *καί*. Ex reliquis epistulis hae lectiones exscribantur: Tars. 3, 1 *εἰμί*: *εἰ μή* — Philipp. 4, 2 *κάλων* (o*): *καλόν*, 7, 3 *βαίνεις* (o*): *βαίννεις*, 9, 2 *ἐπίσις* (i. e. *ἐπ' ἴσης*): *ἐφ' ἴσις* — Philad. inscr. *οἰκοδομίας*: *οἰκοδομή* — Polyc. 6, 2 *δεσέρτωρ* (o*): *δεσέλτωρ*, 6, 2 *δεπόσιτα* (o*): *δὲ ποσιτά*. Cum corrector codicis Ottoboniani saepe cum librario exemplaris Florentini faciat, fortasse coniciat quispiam, illum cum hoc eundem esse. Animadvertat autem, illum haud raro lectionem perversam emendasse, ubi hic eam recepit, ex. gr. Magn. 10, 2; Tars. 5, 2; 6, 1; Philad. 10, 7.

2) Exceptis lectionibus, quas in nota praecedente exscripsi, lectiones supra p. XXXV n. 1 enumeratae fere omnes hic iterari possunt. Quae cum ita sint, sufficit nonnullas alias commemorare: Trall. 7, 1 *τῆς σκοπιᾶς* Ottob. Flor.: *τῇ σκοπιᾷ* ed. nostra (Flor. in marg.), 7, 4 *γενόμενον*: *γιν.*,

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States

Digitized by Google Original from HARVARD UNIVERSITY

Cum codex Ottobonianus Vaticano simillimus sit, fortasse conicias, exemplar Florentinum ex hoc vel archetypo, non ex illo vel apographo derivatum esse. Sed consideres velim, omnibus locis, quibus codicem Ottobonianum a Vaticano discedere supra vidimus, codicem Florentinum cum illo, non cum hoc concinere.

Codex Parisinus 937 proxime ad Florentinum accedit. Non desunt quidem lectiones variae, et nonnullis locis vix te fugere potest, librarium non tam errasse in legendo quam de industria mutasse [1]). Paucissimis locis codex etiam cum exemplari Ottoboniano contra Florentinum facit [2]). Altera autem ex parte lectiones plurimas exhibet, quibus codex Florentinus ab Ottoboniano discedit [3]), ita ut dubium non sit, eum ex illo fluxisse.

Fons codicis Parisini alterius est exemplar Ottobonianum. Caret enim lectionibus, quae codicis Florentini propriae sunt [4]),

---

7, 4 *Ἀνάκλητος*: *Ἀνεγκ.* — Magn. 2 *διάδαγμα* (O) vel *διὰ δάγμα* (*γ* subnot. F): *διὰ Δαμᾶ*, 3, 3 *Ἠλί*: *Ἠλεί*, 3, 4 *κατεμπίπρα*: *κατεπίμπρα*, 3, 5 *πεπαλαιομένον*: *-ωμένος*, 9, 2 *δυνησώμεθα*: *-σόμεθα*, 9, 3 *ἀργίαις*: *ἀργείαις*, 10, 2 *πρῶτος*: *πρώτως*, 10, 4 *τε πάντες*: *πάντες* — Tars. 1, 1 *βιβροσκόμενος*: *βιβρωσκ.*, 2, 2 *ἤξατε* (O) vel *ἤξατε* (F): *εἴξατε*, 5, 2 *ὑπετάγει*: *ὑπετάγη*, 6, 1 *ἐποίη* (superscripto *ει* super *η* in F): *ἐποίει*, 7, 2 *ἐγείγερται*: *ἐγήγερται*, 7, 2 *ἐλεηνότεροι*: *ἐλεειν.* — Philipp. 3, 3 *γεγέννηται*: *γεγένηται*, 4, 2 *ἐπαίσθετο* (*ἐπαίσθαιτο* O): *ἐπῄσθετο*, 5, 3 *ἐνανθρωπίσει* (*-πίση* O): *ἐνανθρωπήσει*, 6, 3 *προσποιεῖ*: *-ποιῇ*, 7, 3 *λέλυθας* (superscripto *η* super *υ* in F): *λέληθας*, 8, 4 *ἡλιγγιᾶς* (*ἡλ.* O): *ἰλιγγιᾶς*, 9, 1 *πεινῶντι*: *πεινῶντα*, 11, 3 *πρωτοπλάσταις*: *-στοις*, 14, 1 *Βητάλιον*: *Βιτάλιον*.

1) Cf. Trall. 9, 4 *ᾅδην* Par.: *ᾅδου* Flor., item Magn. 3, 9, Trall. 9, 6 *τὸ δὲ σάββατον . . καὶ ἡ κυριακή*: *τὸ σάββατον . . ἡ κυριακή*, Magn. 3, 2 *κατήλεγξε*: *ἀπήλεγξε*, 8, 1 *τὰ πάντα καινά*: *καινὰ τὰ π.*, 10, 4 *εὐλογήθησαν*: *ἐνευλογήθησάν τε*.

2) Cf. Trall. 10, 4 *ἔχων* Par. Ottob.: *ἔχον* Flor., Magn. 3, 5 *μοχθηράν*: *μοχθηρός*, 9, 3 *ἕολα*: *ἕωλα*.

3) Cf. supra p. XXXVI n. 1. Addo nonnullos alios locos, ubi Florentinus et Parisinus contra Ottobonianum faciunt: Philipp. 1, 3 *καί*: *καὶ διὰ πάντων καί*, 11, 2 *κυρίου*: *δεσπότου* — Smyrn. 6, 3 *δεδεμένων*: *δεδεμένον* — Polyc. 7, 1 *Χριστοῦ*: *θεοῦ* — Ant. 2, 3 *κύριος ὁ θεός*: *κύριος*, 7, 1 *παρακαταθήκην*: *παραθήκην* (item Her. 7, 2) — Her. 4, 1 *ἀνέθρεψαν*: *ἐξέθρεψαν*, 7, 2 *δοθέντων*: *δοχθέντων* — Eph. 4, 2 *γενέσθω*: *γένεσθε*, 6, 2 *εὐταξίαν ὑμῶν*: *εὐταξίαν*, 8, 2 *ἀπιστίας*: *ἀπιστίας, οὐδὲ ἡ ἀπιστία τὰ τῆς πίστεως*.

4) Cf. Trall. 9, 1 *τοῦ ἐκ Μαρίας* Par.: *ἐκ Μ.* Flor., 9, 4 *ᾅδην*: *ᾅδου*,

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

et cum Ottoboniano in iis concinit, quibus hic a Vaticano discedit [1]). Exhibet autem non solum eas codicis illius lectiones, quas prima manus scripsit, sed etiam eas, quae a secunda manu profectae sunt [2]). Unde apparet, eum e codice Ottoboniano correcto descriptum esse.

Quae cum ita sint, stemmata codicum [3]), quae ex exemplaribus Monacense et Vaticano originem traxerunt, haec sunt:

Monacensis		Vaticanus	
Apographum Pacei = editio Dillingiana		Ottobonianus	
Codex Nydpruccianus vel editio Tigurina	Editio Moreliana	Florentinus	Parisinus S. gr. 341
	Cod. Bodleianus	Parisinus 937	

Alterius classis codices sunt:

1) Florentinus, Biblioth. Laurentianae plut. LVII n. 7, in 4⁰, membranaceus, fol. 252, saec. XI [4]), initio ac fine mutilus. Insunt fol. 242—252 Ignatii et Pseudoignatii epistulae, ante has epistulae aliorum patrum, praesertim Athanasii, Basilii M., Gregorii Nazianzeni. Cum autem illae iam in epistula ad Tars. 7, 3 desinant, codex praeter fragmentum istius epistulae duas tantum Pseudoignatii epistulas continet, scilicet epistulas Mariae et Ignatii mutuas. Ab aliquot viris descriptus est, primum in usum Isaaci Voss, et apographum a Luca Hol-

---

9, 5 et 10, 6 *ἐκ τῶν νεκρῶν*: *ἀπὸ τ. ν.* — Magn. 5, 3 *τότε μέν*: *ποτὲ μέν*, 13, 1 *πρεσβυτερίου*: *-τέρου* — Philipp. 11, 2 *δεσπότου*: *κυρίου*.

1) Cf. supra p. XXXV n. 2.

2) Cf. Magn. 1, 3 ὃς Paris. et corrector cod. Ottob.: ὡς Ottob. prima man., 2 *ὑποτάσσεται*: *ὑποτάσσετε*, 7, 1 *ἀπ' ἐμαυτοῦ*: *ἀφ' ἑαυτοῦ*, 9, 3 *σαββατίζωμεν*: *σαββατίζομεν*, 9, 3 *ἕωλα*: *ἕολα*, 10, 1 *παρατηρήσῃς*: *-ρήσῃ*, 10, 2 *πρώτως*: *πρῶτος*, 11, 2 *γεννώμενον*: *γεννόμενον*, 15, 1 *καὶ αἱ*: *καί* — Philipp. 7, 2 *νομοθετεῖς* (in marg.): *-θέτης*, 9, 2 *ἐπ' ἴσης*: *ἐφ' ἴσις*, 11, 2 *ἐφέλκῃ*: *ἐφέλκει*, 11, 4 *αἰσθητῶν*: *ἐσθητῶν* — Philad. inscr. 2 *ἐστήριξεν*: *ἐστήρισεν*, 3, 2 *προσδέχεσθε*: *προσδέχεσθαι*, 7, 2 *λέγον*: *λέγων*, 8, 2 *ἐρίθειαν*: *ἐρίθιαν*, 8, 2 *χρηστομάθειαν*: *χριστομάθιαν*, 9, 1 *κρείσσων* : *κρείσσω* — Polyc. 6, 2 *δεσέρτωρ*: *δεσέλτωρ*, 6, 2 *δεπόσιτα*: *δὲ ποσιτά*, 8, 1 *ἄξιοι ὄντες*: *ἄξιος ὤν*.

3) Cf. *Theol. Quartalschrift* 1880 p. 629 sqq.

4) Cf. Bandini, Catal. codd. gr. Bibl. Laur. II p. 348.

stenio confectum adhuc exstat. Dressel plures locos inspexit vel per alios inspiciendos curavit. Ego eum diligenter contuli.

Casanatensis G. V 14, in 4°, chartaceus, saec. XVI [1]). Est miscellaneus et praeter varia aliorum patrum scripta Ignatii epistulas plane easdem continet, quae sunt in codice Florentino modo laudato, e quo eum descriptum esse iam Dressel [2]) et Zahn viderunt. Ille primus codicem inspexit. Ego denuo eum contuli.

3) Barberinus IV, 14, olim num. 504, in 4°, chartaceus, saec. XVII. Continet easdem Ignatii et Pseudoignatii epistulas atque codex Florentinus, et ex hoc a Luca Holstenio descriptus est. Dressel codicem contulit.

4) Barberinus V, 7, in 4°, chartaceus, saec. XVII. Post Polycarpi et Barnabae epistulas exhibet Pseudoignatii epistulas ad Magnesianos, Philadelphenos, Trallianos, Mar. ad Ignatium, Ign. ad Mariam, ad Tarsenses usque ad 7, 3. Librarius codicis est Lucas Holstenius. Codicem hucusque nemo contulisse videtur. Neque ego eum accuratius inspicere volui, cum haud dubie ex aliis libris adhuc exstantibus originem trahat, scilicet e Vaticano 859 et Florentino seu Laurentiano p. XXXVIII descripto.

Quae cum ita sint, quatuor tantum vel, si codicem Regium 30 quoque numeraveris, quinque codices graeci ad textum constituendum tanquam testes adhiberi possunt. Neque tamen hi soli fontes sunt, ex quibus textus hauriendus est. Accedunt versiones veteres, latinae duae et armeniaca. Quarum versio latina, quam textui graeco adiungimus, plurimum valet; omnes enim epistulas prima excepta continet, cum ceterae epistulas suppositicias tantum exhibeant, latina praeter epistulas interpolatas etiam epistulam ad Philippenses omiserit, armeniaca non e textu graeco, sed e versione syriaca confecta sit. Debemus illi plura, quae in exemplaribus graecis aut evanuerunt aut corrupta sunt. Cf. Trall. 4, 1. 2; Magn. 2; 12, 3; Philad. 11, 1; Eph. 5, 2; 9, 3; 11, 2. Attamen ipsa caute ducenda

1) Dressel p. LXI eum saeculo XV adscribit.

2) Attamen hic sententiam non retenuit. Postea putavit, utrumque codicem ex eodem vetustissimo archetypo, per ambages quidem, emanasse.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

est. Cum interpres exemplar graecum nequaquam semper accurate expresserit, sed saepe nonulla aut omiserit aut addiderit, ibi tantum fides ei adhibenda est, ubi libros graecos corruptos esse evidenter apparet. Reliquis locis autem testes graecos sequamur oportet neque imitemur editorem Tigurinum, qui hos saepius interpreti postposuit.

Inter se ipsos quidem codices graeci non valde differunt, et ad textum constituendum suum quisque confert. Palma autem haud dubie ei danda est, e quo epistulae primum editae sunt, scilicet Monacensi, olim Augustano. Itaque hunc praecipue, prout fieri potuit, secutus sum. Lectiones codicum variantes diligenter notavi. Versionum autem non semper ratio reddenda esse videbatur, sed tum tantum, cum aut lectionem rectam confirmant aut duae vel tres idem tradunt. Ut lector facile videat, quae sint Pseudoignatii, ea, quae sunt Ignatii et iam in primo volumine leguntur, characteribus minoribus expressi.

Sigla, quibus in hac parte usus sum, haec sunt: A = versio armeniaca; c = cod. Constantinopolitanus; m = cod. Monacensis; r = cod. Regius, v = cod. Vaticanus; G^1 = cod. Florentinus (plut. LVII n. 7); G^2 vel (sc. in iis epistulis, quae in G^1 non leguntur) G = Corpus pseudoignatianum vel codices c m r v; L = versio latina unica (sc. in epistula Mariae ad Ignatium L^1, in epistulis interpolatis et ad Philippensenses = L^2); L^1 = versio latina collectionis G^1; L^2 = versio lat. collectionis G^2; LL = utraque versio; D = ed. Dresseliana; Z = ed. Zahniana.

V.

Scriptura, quae inscribitur L a u s H e r o n i s, in omnibus codicibus, qui Pseudoignatii epistulas latine versas exhibent quique supra p. XVII sqq. descripti sunt, his adiuncta est. Quae cum ita sint cumque scriptura hucusque nusquam in codice graeco inventa fuerit, eam ab interprete Pseudoignatii latino exortam esse conicere licet, neque versimile est id, quod Baronius (ann. 110, 8) putavit, eam a Graeco confectam esse.

Primus eam Baronius (ann. 110, 9) typis expressit et quidem e codice Vaticano. Quem Zahn [1]) eundem esse suspi-

1) Ignatii et Polyc. epp. p. 297 not.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

catus est atque eum, qui inter codices Palatinos in Bibliotheca Vaticana adhuc asservatur. Vix recte. Lectiones alium codicem produnt et codices Palatini Baronii tempore nondum Romam translati fuerunt. Neque vero idem est cum altero codice vel Regio, qui in eadem Bibliotheca adhuc exstat, cum hic etiam seriore tempore Romam pervenerit ac lectiones etiam magis a textu Baronii discedant. Codex potius evanuisse videtur.

Textum Baronii Halloix [1]) repetiit, nonnullas lectiones mutans. Codices denuo inspexerunt Usher [2]) et Dressel [3]). Zahn lectiones ab editoribus prioribus publicatas inter se comparans textum recensuit. Editiones horum trium virorum maximopere concinunt. Mihi quoque fere nihil emendandum erat.

VI.

Sub nomine Ignatii tres denique epistulae latine circumferuntur, quarum duae Ioanni apostolo missae sunt, una b. Mariae virgini, iisque adiuncta est responsio, quam haec Ignatio dedisse dicitur. De aetate et indole istarum quatuor epistularum iam in Prolegomenis ad Ignatii epistulas c. 3 (Vol. I p. LIV) nonnulla dixi. Pauca hic addenda sunt. Cotelier (cf. not. ad Philipp. c. 14) in Catalogo Manuscriptorum ecclesiae S. Petri Bellovacensis ita legit: *Epistulae duae aut tres B. Ignatii martyris ad B. Mariam virginem et ad S. Ioannem evangelistam, quae inventae fuerunt Lugduni tempore concilii Innocentii papae IV et de Graeco in Latinum conversae.* Epistulae igitur iam saeculo XIII legebantur. Idem probat codex Sangallensis. Codex Parisinus 2049 eas iam saeculo XII exstitisse testatur. Num a Graeco exaratae sint, adhuc mihi dubium est.

Epistulae primum Parisiis anno 1495 ad calcem libri, qui inscriptus est: Vita et processus S. Thomae Cantuarensis martyris super libertate ecclesiastica, typis editae sunt [4]). Alteram editionem instituit Symphorianus Champerius Coloniae

1) Illustr. eccl. or. script. I p. 338.

2) Polyc. et Ign. epp. p. 191 sq.

3) Patr. apost. opp. p. XXI sq.

4) Cf. Usher, Polycarpi et Ign. epist. p. CXLII. Cureton, Corpus Ignatianum p. I sq.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

a. 1536 idemque epistulas illis epistulis pseudoignatianis praemisit, quas Iacobus Faber primus publicaverat, ita ut cum his unam collectionem facere viderentur [1]). Textus utriusque editionis cum haud parum inter se differant, e diversis codicibus fluxisse videntur. Qui autem hi codices sint, equidem non potui comperire et fortasse plane erui nequit.

Champerii textus saepe repetebatur, ex. gr. in Basiliensium Micropresbytico a. 1550. Novam editionem paravit Usher. Praeter priores editiones quatuor codices adhibuit, scilicet Montacutiensem et Caiensem iam supra (p. XXII) memoratos, qui epistulas Ignatii genuinas et ficticias exhibent, et duos alios, quos Oxoniae invenerat, alterum in Collegio Lincolniense, alterum in Collegio Magdalenense. Num hic idem sit cum illo Magdalenense, qui versionem epistularum pseudoignatianarum latinam continet, non indicavit. Eius textum repetierunt Cotelier et Clericus, praetermissa Mariae epistula ad Ignatium Cureton et Dressel. Hoc denique tempore textum recensuit Zahn. Cum autem codicibus plane destitutus esset, fieri non potuit, ut nonnunquam de recta via decederet. Saepius textum Usserianum mutavit, ubi non erat mutandus.

Equidem rem non eo usque producere potui, quo volui. Attamen non plane frustra laborasse mihi videor. Textum Zahnianum pluribus locis emendavi. Codices, quos inspicere mihi licuit, hi sunt:

1) Parisinus latinus (Bibl. Nat.) 2049, membranaceus, in fol., saec. XII. Continet fol. 226 Ignatii et Mariae epistulas mutuas. Signavi a.

2) Parisinus lat. 3522 A, membranaceus, in quarto, saec. XIV. Epistulae [2]) leguntur fol. 90—91 et quidem Ignatii et Mariae epistulae mutuae ante Ignatii epistulas ad Ioannem. Signavi b.

3) Parisinus lat. 5030, membranaceus, in octavo, saec. XV. Epistulae exstant fol. 428. Signavi d.

---

1) D. Dionysii Carthus. super S. Dionysii Areopag. libros commentaria. Fol. 358 sq.

2) Ubi contrarium non indicatur, omnes quatuor epistulae intellegendae sunt.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / Public Domain in the United States
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

4) Parisinus lat. 3159, chartaceus, in octavo, saec. XV. Continet fol. 6[b] Mariae epistulam ad Ignatium. Signavi e.

5) Parisinus lat. 4154, chartaceus, in quarto, saec. XV. Epistulae leguntur fol. 214 sq. Signavi f.

6) Sangallensis lat. 454, membranaceus, in folio, saec. IX. Exhibet epistulas pag. 368 ab alia manu saec. XIII scriptas [1]). Signavi g.

7) Oxoniensis Bibl. Bodl. Canon. lat. 93, membranaceus, in quarto, saec. XII. Continet Senecae tragoedias. Foliis quatuor prioribus a manu seriore scripta alia leguntur, fol. 3 epistula Pseudoignatii ad Ioannem altera atque epistulae eiusdem et b. Mariae virginis mutuae. Signavi o.

Lectiones horum codicum una cum aliis, quae cognitae sunt, in usum meum converti. Lectiones autem codicum, quos Usher manibus tractavit, exscribere nolui. Textum solum Usserianum indicavi eumque signavi U, textum Zahnianum Z.

MARTYRIUM S. IGNATII VATICANUM.

Nescimus, quis haec Acta scripserit, neque accurate definiri potest, quo tempore confecta sint. Certum autem est, ante saeculum IX ea exarata esse. Namque iam Ado [2]) Martyrium latinum a Bollandistis editum cognitum habuit, in quo illa cum Actis Colbertinis in unum conflata sunt. Usher [3]) putavit, Bedam Venerabilem quoque Martyrium illud manu versasse. Sed martyrologium Bedae nomen prae se ferens, in quo fere eadem de Ignatii passione legimus ac in martyrologio Adonis, spurium est [4]).

Exstat Martyrium in duobus codicibus graecis et in duabus versionibus.

---

1) Cf. G. Scherrer, *Verzeichniss der Handschr. der Stiftsbibl. von St. Gallen* 1875 p. 149. Falsus est Scherrer dicens, epistulas etiam in codicibus Einsiedlensibus 266 et 665 exstare.

2) Lib. de festivitatibus SS. apost. Migne, Patr. lat. t. 123 p. 191.

3) Ignatii et Polyc. Mart. Praef. p. 2.

4) Cf. Migne, Patr. l. t. 123 p. 483. Giles, *The miscell. works of Ven. Bede* IV p. IV.

Digitized by Google

Original from HARVARD UNIVERSITY

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States

Alter codex est Vaticanus gr. 866, membraneus, in folio, saec. X vel XI, in foliis 394 Martyria et Vitas Sanctorum exhibens. In foliis 184 (hic legitur inscriptio colore rubro facta) — 188 inest Martyrium S. Ignatii. Primum ex hoc codice integrum editum est a. 1857 ab Alberto Dressel [1]), quamobrem Martyrium Vaticanum appellari solet. Editor diligenter quidem suo munere functus est; nihilominus autem nonnulla mihi reliquit, qui codicem denuo excussi. Legitur enim 1, 1 ἐνυπατία h. e. ἐν ὑπατίᾳ (non ἐνυπατίας), 2, 4 ὀφεληθήσομαι (non ὄφελος θήσομαι), 2, 5 θύον τοις θεοῖς, h. e. θύοντα θεοῖς (non θύοντα), 5, 5 οἱ ταῦτα σεβόμενοι, ἐπιρρήτους, οἱ προσκυνοῦτες (non ταῦτα οἱ σ., ἀπορρήτους, προσκ. sine articulo), 6, 4 ἡ ante σύμπασα, 6, 5 ἀδιαψεύστῳ (ἀδιαψεύστᾳ), 10, 7 ὑπέμεινεν (ὑπέμενεν), 10, 8 στέγειν (στέργειν), 11, 3 ἃ τὸν (αὐτόν), 12, 1 πρὸς θεὸν (πρ. θεοῦ). Alia, quae Dressel haud recte legit, in notis criticis afferam. Hoc loco addo, codicem scripturae vitiis, inprimis ex itacismo ortis, scatere et iota subscriptum ubique deesse.

Alter codex est Oxoniensis Biblioth. Bodl. Laud. 69, membraneus, in folio, saec. XI, foliorum 324, inter alia Martyria et Vitas Sanctorum Martyrium S. Ignatii in fol. 245—255 continens. Codicem iam Usher [2]) manibus tractavit et aliquot locos exscripsit; totum ego contuli. Diligentissime scriptus est et vitia scripturae rara sunt.

Versiones non hoc Martyrium quidem ipsum continent. Constant potius e duobus Martyriis, Colbertino et Vaticano, et qui ambo in unum conflavit, nonnullos locos omisit. Sed exhibent paene omnia, quae in illo sunt.

Versio latina primum integra edita est a Bollandistis (Act. SS. Febr. t. I p. 29—33). Denuo in hoc libro editur. De ratione, quae inter eam intercedit ac Martyria duo graeca, e quibus confecta est, cf. infra p. XLIX.

Versio armeniaca item, sed alio modo e duobus illis

1) Patrum apost. opera (Lipsiae) p. 368—375. Editio secunda curata a Theodoro Zahn 1876. Aliquot emendationes proposuit Hollenberg in *Theol. Studien und Kritiken* 1881 p. 311—313.

2) Ign. et Polyc. Martyria. Praef. p. 2 et Not. p. 45 et 55.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google Original from HARVARD UNIVERSITY

Martyriis confecta est. Dum enim Latinus duo inter Traianum et Ignatium colloquia habet, unum cum Martyrio Colbertino Antiochiae et alterum cum Martyrio Vaticano Romae factum, Armeniacus unum statuit idque Antiochiae ac praeterea multa de suo addit, cum ille ea tantum exhibeat, quae in exemplaribus graecis legit. Primus versionem prelo submisit I. B. Aucher[1]), denuo I. H. Petermann[2]).

Codices graeci haud parum inter se discrepant et facile cognoscis, Vaticanum satis neglegenter conscriptum plura omisisse (cf. inprimis 2, 5; 3, 3; 4, 4; 5, 2. 3; 6, 1. 3; 7, 7; 9, 1, 7; 10, 1. 5. 6; 11, 3), alia minus recte tradidisse (cf. 2, 3. 6; 3, 5; 4, 2; 5, 5; 6, 5; 8, 2; 9, 4; 10, 7; 12, 1. 3). Codex Oxoniensis igitur permultum ad textum restituendum confert eumque saepissime Vaticano anteponendum esse versiones ostendunt, easdem cum ipso lectiones exhibentes. Attamen caveas, ne nimiam ei habeas fidem. Diligenter enim eum inspicientem et cum ceteris testibus comparantem haud te fugiet, librarium aut nostri exemplaris aut alius eiusdem familiae plura de industria mutasse, cum codex Vaticanus tali suspicione careat. Quae cum ita sint, versionum magna ratio habenda est idque iure ac merito, cum exemplaria graeca aetate superent. Generaliter itaque ea lectio recipienda mihi visa est, cui aut ambae versiones patrocinantur aut altera deficiente una; ubi ambae desunt, Vaticanum Oxoniensi praetuli; ubi ipsae quoque divergunt, eum plerumque codicem secutus sum, a cuius parte stat Armeniacus. Uno loco (11, 3) Latinus solus rectam lectionem conservasse mihi videtur, cum non sit verisimile, martyrologum ea, quae apud Eusebium legit, ita mutasse, sicut testes graeci tradunt. Signavi codicem Vaticanum V, Oxoniensem O, versionem latinam L, armeniacam A.

---

1) Vitae Sanctorum. Venetiis. XII tom. 1810—14.

2) S. Ignatii patr. ap. quae fer. epistolae una cum eiusdem Martyrio. Lipsiae 1849.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

MARTYRIUM S. IGNATII PER SYMEONEM METAPHRASTEN CONSCRIPTUM.

De tempore, quo Symeon Metaphrastes vixit, alii aliud statuerunt. Rectam viam in eius aetate investiganda Leo Allatius [1]) ingressus esse videtur Vitam S. Theoctistae inspiciens, quam revera ab eo exaratam esse testatur Michael Psellus [2]). Qua in Vita (latine apud Surium 10. Nov.) Metaphrastes indicat, se imperatoribus Leone Sapiente et Constantino Porphyrogenito vixisse, proditque insuper, anno 902, quo tempore in Cretam missus esset, ut Arabes ab expeditione contra Thessalonicen dehortaretur, in insula Paro ab anachoreta quodam se ad Vitam illius Sanctae conscribendam admonitum esse. Vixit ergo saeculo IX exeunte et saeculo X ineunte [3]) et tradente Michaele Psello [4]) Constantinopoli oriundus fuit. Cum esset adultus, rei publicae administrandae operam navavit et ad summos gradus ascendit. Inprimis munere logothetae fungebatur. Praeterea literis se dedit ac praesertim Martyria et Vitas Sanctorum collegit redegitque in novam formam. Haud raro quidem definiri nequit, num scriptura eius nomen prae se ferens revera ab eo profecta sit, cum multae ab aliis confectae ei adiudicatae fuerint. Ignatii Martyrium autem opus genuinum esse omnes consentiunt. Unde Metaphrastes hauserit, facile intelleges, si ipsius scripturam cum aliis episcopi Antiocheni Martyriis, scilicet Colbertino et Vaticano, comparaveris.

Primus hoc Martyrium Surius typis expressisse videtur idque latine versum [5]). Cuius versionem cum exemplari graeco

---

1) De Symeonum scriptis. Paris. 1664. Ea huius operis pars, quae ad nostrum Symeonem spectat, exstat in Patrol. gr. ed. Migne t. 114 p. 18—158.

2) Cf. Migne I. c. p. 203. Ode VI.

3) Casimirus Oudin Metaphrasten prius (Supplem. de script. eccl. ed. Paris. 1686 p. 592 sqq.) ad annos 1314—1330, postea (Comment. de script. eccl. II p. 1300 sqq.) ad saeculum XII medium retulit. Sed argumenta, quibus ad sententiam Leonis Allatii refutandam usus est, non sunt valida.

4) Encomium in Metaphrasten. Migne l. c. p. 186.

5) Vitae Sanctorum t. I (1570) p. 758—762.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google Original from HARVARD UNIVERSITY

collatam emendatamque repetierunt Bollandistae [1]). Textum graecum (una cum versione latina) primus edidit Cotelier e duobus codicibus Parisinis [2]), qui nunc numeris 1490 et 1530 signati esse videntur [3]), denuo Dressel [4]) e tribus codicibus Romanis, duobus Vaticanis et Angelico B. 2. 4, tertio Zahn [5]) ex editionibus prioribus.

Codices, quos mihi licuit conferre, hi sunt:

1) Monacensis 132, saec. XI, membraneus, in folio, foliorum numero 278, fol. 58—70 inter alia Martyria et Vitas Sanctorum Ignatii Martyrium exhibens [6]). Signavi M.

2) Vaticanus 813, anno 1378 absolutus, chartaceus, in quarto, foliorum 321, fol. 304—312 Ignatii Martyrium continens. Signavi R.

3) Vaticanus 815, saec. XII vel XIII, membraneus, in quarto maiore, foliorum 194, fol. 41—51 Acta Ignatii complectens. Signavi V.

4) Baroccianus 192 in Bibliotheca Bodleiana Oxoniae, saec. XIV vel XV, chartaceus, in quarto maiore, foliorum 325, fol. 62—68 Martyrium Ignatii exhibens. Signavi O.

Quorum codicum lectiones omnes accurate notavi. Aliquot locis etiam alios codices hucusque notos respexi, scilicet Parisinos duos et Angelicum [7]). Hunc signavi A, illos Pa et Pb vel, ubi lectio unius tantum notatur, P. Ubi vero libri a me collati ad textum constituendum sufficiebant, illorum codicum rationem non reddidi. Versio Surii latina, cum tot exemplaria graeca exstent, mihi prorsus non respicienda esse videbatur. Altera ex parte versionem latinam textui graeco non adiunxi,

1) Act. SS. Febr. t. I p. 24—28. ed. Venet. 1735.

2) Patr. apost. ed. Clericus 1724 t. II p. 163—170.

3) Codices enim sic signatos Iacobson inspexerat ad textum epistulae Ignatii ad Romanos constituendum.

4) Patr. apost. p. 350—367.

5) Ignat. et Polyc. epp. p. 316—325.

6) Hardt (Catal. codd. mss. gr. Biblioth. reg. Bav.) codicem ad saeculum X refert. Lectiones variantes plurimas iam publicavit Moesinger, Supplementum Corporis Ignat. (1872) p. 21 sq.

7) Hic codex evanuisse videtur. Equidem Martyrium Ignatii per Metaphrastem conscriptum in Biblioth. Angelica anno 1879 non reperi.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / Public Domain in the United States https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714
Digitized by Google Original from HARVARD UNIVERSITY

cum Martyrium e duobus aliis compilatum sit, quae in hac editione iam versa sunt.

Alia sigla sunt Cot = Cotelier, D = Dressel, Z = Zahn.

MARTYRIUM S. IGNATII LATINUM.

In eodem codice Parisino, in quo versio latina recensionis epistularum Ignatianarum longioris legitur, et in pluribus aliis codicibus Martyrium Ignatii latinum inveni, cuius initium seu eam partem, quae maxime e Martyrio Colbertino hausta est, Usher [1]) e codice Cottoniano, textum integrum ex vetustissimis libris manuscriptis Bollandistae publicaverunt. Dubitabam quidem, an scriptura denuo edenda esset, postquam Martyria graeca, e quibus conflata est, vulgata sunt. Cum autem editio Bollandistarum quamquam satis fidelis nequaquam plane accurata sit [3]) cumque Martyrium latinum ad textum graecum ipsum restituendum multum conferat, induxi in animum, ut novam editionem instituerem. Codices, qui mihi praesto erant, hi sunt:

1) Parisinus lat. 1639 iam supra p. XVII laudatus. Continet Martyrium fol. 187—189. Signavi A.

2) Parisinus lat. 18301, membranaceus, in quarto, saeculi XI, Martyrium S. Ignatii (fol. 1—18) et Passionem S. Anastasiae exhibens. Signavi B.

3) Parisinus lat. 11756, membranaceus, in folio, saec. XIII, inter multa Martyria et Vitas Sanctorum fol. 164—167 Passionem Ignatii continens. Signavi C.

4) Parisinus lat. 17004, membranaceus, in folio, saec.

---

1) Ignat. et Polyc. Mart. 1647 p. 1—6.

2) Acta SS. Febr. t. I p. 29—33 ed. Venet. 1735.

3) Non ita quidem textui manus intulerunt, ut sensus mutaretur. Attamen textum non semper talem receperunt, qualis in codibus legitur. E. gr. in nullo eorum codicum, quos inspexi, hae lectiones reperiuntur: *Antiochenam* pro *Antiochenorum*, *bonus pastor atque* pro *bonus*, *doctrina assidua* pro *ass. doctr.*, *pussillanimum* pro *pusillanimem* 1, 1 — *inclinaret* pro *inclinaret vel compelleret* 2, 1 — *altera* pro *alia* 5, 5 — *Christi* pro *Dei* 7, 1. Saepe inprimis Bollandistae *Sanctus* vel *episcopus* vel aliam similem vocem posuerunt, ubi in codicibus nihil legitur.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / Public Domain in the United States
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

XII, inter plura Martyria fol. 6—9 Passionem Ignatii exhibens. Signavi D.

5) Parisinus lat. 16732, membranaceus, in folio, saec. XII, praeter alia Martyria fol. 5—8 Ignatii Martyrium continens. Signavi E.

6) Sangallensis lat. 454, supra p. XLIII descriptus. Exhibet post Adonis Martyrologium et duas epistulas pseudocyprianas fol. 343 sqq. Passiones Ignatii, Gereonis, Severini. Signavi G.

Codices Parisini bini, scilicet B et C, D et E, valde inter se consentiunt. D et E adeo concinunt, ut non solum eiusdem familiae esse videantur, sed alterum ex altero descriptum esse conicere liceat. Quae cum vidissem, codicem E non integrum perlegi, sed eos tantum locos inspexi, qui alicuius momenti esse videbantur. Praesumere autem licet, codicem E etiam ibi cum codice D facere, ubi lectio non est notata.

Palma codicibus B et C ferenda est, et Bollandistae, cum hunc vel illum vel alium codicem simillimum ducem secuti essent, editionem probam parare potuerunt. Attamen reliqui quoque libri manuscripti, praesertim codex A, haud parum ad textum constituendum conferunt.

Martyrium ita in capita distribui, ut proxime ad Martyria graeca accedat, e quibus conscriptum est. Capita I et II capitibus I et II Martyrii Colbertini respondent excepto huius versu ultimo. Caput III ea continet, quae in Martyrio Colbertino 2, 9—5, 4 et in Martyrio Vaticano 1, 2—3 leguntur. Capita IV—XIV respondent capitibus II—XII Martyrii Vaticani.

Graece hoc Martyrium hucusque non inventum est, ac dubito, num graece scriptum sit. A Latino potius e Martyriis graecis consarcinatum esse videtur idque ante saeculum IX, cum iam Ado Viennensis plures locos ex eo, praesertim e capitibus 7, 11 et 12, excerpserit[1]).

1) Lib. de festivitatibus SS. Apost. Patr. lat. ed. Migne t. 123 p. 191.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

MARTYRIUM S. IGNATII COLBERTINUM.

Acta martyrii Ignatii, quae denique sequuntur, vulgo Martyrium Colbertinum vocantur, quia codice Colbertino graece traduntur, cui textum graecum epistulae Ignatii ad Romanos debemus. Versio latina aeque fidelis ac barbara ab eodemque interprete confecta ac versio epistularum Ignatianarum exstat in codicibus Montecutiano et Caiensi. Textum graecum in vulgus emisit a. 1689 Theodericus Ruinart, presbyter e Congregatione s. Mauri[1]), post eumque publicaverunt Grabe[2]), Ittig, Smith, Gallandi, Iacobson et alii Ignatii vel Patrum apostolicorum editores. Versionem latinam Iac. Usher a. 1647 typis expressit[3]), eiusque textum Cotelier repetiit. Editionem emendatiorem, codice Caiensi iterum collato, Th. Smith et G. Iacobson instituerunt. Ego quoque codice illo denuo inspecto Martyrium edidi[4]), et postea I. B. Lightfoot[5]). Versionem eiusdem Martyrii syriacam dimidiam edidit Cureton[6]), totam G. Mösinger[7]) et Lightfoot[8]).

Scriptura, postquam pauca de virtutibus Ignatii dicta sunt (c. 1), exponit, Traianum tum temporis omnes Christianos aut diis sacrificare aut mori iussisse et Antiochiae versantem, cum episcopo persuadere non potuerit, ut deos colat, eum condemnasse, ut Romae bestiis tradatur (2), Ignatium vero, pro Deo mori paratum, libenter in urbem profectum ibique passum esse (3—7). Colloquium Traiani et Ignatii igitur secundum haec Acta Antiochiae fit, ibique episcopus etiam capitis damnatur, cum secundum Martyrium quod vocatur Vaticanum Ignatio Romam abducto imperator atque senatus in urbe eum ad deos colendos commovere conentur et ibi condemnent. Quae cum ita

1) Acta primorum martyrum sincera atque selecta. Appendix.

2) Spicilegium II, 9—22.

3) Ignatii Antiocheni et Polycarpi Smyrnensis episcopi Martyria, ab his qui passioni ipsorum interfuerant descripta. Londini.

4) Funk, *Die Echtheit der Ignatianischen Briefe* 1883 p. 195—204.

5) Lightfoot, *The Apostolic Fathers* II (1885) II, 643—652.

6) Corpus Ignatianum p. 222—225, 552—555.

7) Supplementum Corporis Ign. a G. Curetono editi. Oeniponti 1872.

8) *The Apostolic Fathers* II (1885) II, 687—708.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / Public Domain in the United States
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

sint et hoc Martyrium praeter codicem Vaticanum etiam aliis libris manuscriptis tradatur, Lightfoot proposuit, ut Martyrium Colbertinum Antiochenum, Vaticanum Romanum appellaretur.

Acta a comitibus s. martyris exarata esse volunt, scilicet ab Agathopode et Philone (cf. Ign. Philad. 11, 1; Smyrn. 10, 1), ut iam Usher omnibus assentientibus statuit, nec non Croco (cf. Ign. Rom. 10, 1), ut Gallandi[1]) et alii putaverunt. Auctores enim 7, 2 dicunt, sese ea vidisse, quae litteris tradiderint; 5, 4 et 6, 1 narrant prima persona utentes: ἡμεῖς μὲν ἄκοντες ἀπηγόμεθα, indicantes, se rebus gestis interfuisse, et usque ad novissima tempora omnes, qui Ignatii epistulas genuinas putarunt, iis fidem habuerunt, e. g. Usher, Ruinart, Grabe, Tillemont[2]), Pearson[3]), Smith, Cotelier, Gallandi, Lumper[4]), Möhler[5]), Nirschl[6]), I. Chr. Mayer[7]). Posteriorem tantum partem (5, 3 etc.) deficientem in Martyrio, quod legitur in codice Cottoniano, Usher, Grabe[8]) ac pauci alii sub finem saeculi quinti adiectam esse contenderunt. Nostris autem diebus non solum adversarii, sed etiam defensores Ignatii Acta martyrii suppositicia et saeculo quarto exeunte vel saeculo quinto conscripta esse censuerunt, praesertim Uhlhorn[9]), Zahn[10]), Kraus[11]). Hefele quidem et authentiam et integritatem Martyrii defendit, neque vero negavit, argumentis, quae Uhlhorn protulit, illam aliquantulum suspectam reddi ac fortasse paucissima quaedam aut vitio librariorum corrupta aut manibus posteriorum addita esse[12]). Concedendum est, argumenta, quibus

1) Biblioth. vet. Patr. I Proleg. p. LX.
2) *Mémoires pour servir etc. S. Ignace* art. 2 sqq.
3) Vindiciae Ignatianae II c. 12.
4) Historia theol. crit. II, 246 sqq.
5) *Patrologie* p. 408.
6) *Das Todesjahr des h. Ignatius* 1869 p. 1 sqq. *Die Briefe des h. Ign.* 1870 p. 27—30.
7) *Die Schriften der apost. Väter* 1869 p. 203 sq.
8) Spicilegium II, 22 sq.
9) *Zeitschrift f. d. histor. Theol.* 1851 p. 252—257.
10) *Ignatius v. A.* p. 41—56.
11) *Tüb. Theolog. Quartalschrift* 1873 p. 115—134.
12) Patr. apost. ed. IV p. LXXI sqq.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

Usher et Grabe integritatem impugnaverunt, inania esse. Sed adhuc quaeritur, num Martyrium authenticum sit, et ego non possum non negare. Rationes autem, ex quibus non saeculo secundo ineunte, sed posteriore tempore confectum esse videtur, hae sunt.

Primum Acta veteribus ignota erant. Eusebius non tantum eorum non facit mentionem, sed Polycarpi Martyrium iam vel (ut alii codices habent) etiam circumferri dicens (H. E. IV, 15, 1) satis clare prodit, se eorum notitiam non habuisse. Accedit, quod inter initium Actorum (1, 1; 2, 1) et Eusebii Chronica tantus consensus est, ut auctor illorum ex hoc hausisse putandus sit. Uterque enim de persecutione Christianorum universali loquitur et res Traiano imperante gestas in eodem fere ordine enumerat. Primus Martyrii testis haberi potest Evagrius H. E. I, 16, cuius verba: διὰ τῶν ὑπολειφθέντων ἁδροτέρων ὀστῶν, ἃ πρὸς τὴν Ἀντιόχου ἀπεκομίσθη, ex 6, 5 desumpta esse videntur, ubi legimus: μόνα γὰρ τὰ τραχύτερα τῶν ἁγίων αὐτοῦ λειψάνων περιελείφθη, ἅτινα εἰς τὴν Ἀντιόχειαν ἀπεκομίσθη. Sexto igitur saeculo Acta legebantur, ac conicere licet, saeculo quarto exeunte vel saeculo quinto ea conscripta fuisse. Auctor enim Ignatium discipulum Ioannis fuisse contendens narrationem sequitur, qui Eusebio ignota aut ab Hieronymo in Chronicorum versione aut ab alio posteriore sparsa est. Zahn auctorem nonnulla quoque ex homilia in s. Ignatium a Chrysostomo habita hausisse suspicatus est ac contendit, Martyrium ab initio aliter dispositum a quodam, qui orationem illam cognitam habuit, in eam formam redactum fuisse, in qua nunc exstat[1]). Equidem rationem satis firmam non invenio, ob quam ab uno eodemque confectum esse negandum sit.

Tum Acta cum historia et Ignatii et Traiani haud parum pugnant.

1) Si Martyrium audis, Ignatius discipulus Ioannis apostoli (1, 1) et condiscipulus Polycarpi (3, 1) fuit. Ipse autem (Polyc. 1, 1) clare indicat, se episcopum Smyrnaeorum non ante vidisse, quam Romam profectus est, nec quisquam ante saeculum quartum eum apostolum illum audiisse tradit. Hiero-

1) *Ignatius v. A.* p. 44. 49—51.

nymus primus de illo discipulatu refert et quidem in Chronicis; in libro de viris illustribus c. 16 eum silentio praeterit.

2) Martyrium dicit, Ignatium a Traiano Antiochiae commorante condemnatum fuisse. Eusebius vero de iudicio illo imperiali tacet; in Chronicis de morte s. martyris etiam prius refert quam de expeditione Traiani orientali, et verisimillimum est, illum c. ann. 107 passum, hunc autem non ante ann. 113 in Orientem profectum esse. Neque in epistulis Ignatii minimum iudicii illius vestigium deprehendi potest. Ex contrario epistula ad Romanos vix intellegi potest, nisi statuimus, martyrem a proconsule, non ab imperatore damnatum fuisse.

3) Martyrium narrat, Ignatium Seleucia Smyrnam navigasse. Ex epistulis elucet, eum partem Asiae saltem magnam permeasse ac praesertim Philadelphiam transiisse.

4) Martyrio referente persecutio, in qua Ignatius condemnatus est, universalis fuit (2, 1) et duravit adhuc eo tempore, quo s. martyr Romam pervenit (6, 3). Ignatius ipse testatur, ecclesias Asiae pace profunda fruitas esse et Antiochiae persecutionem iam tum temporis desiisse, quo Smyrna Troadem iter faciebat.

Denique nec difficultates praetermittendae sunt, quae interpretibus afferuntur quaeque falsarium magis quam scriptorem genuinum produnt.

1) Auctor vel potius auctores dicunt (7, 1), se spectatores martyrii fuisse, et nihilominus nocte sequente Deum rogant, ut de iis, quae facta sint, ipsos certos reddat. Vix recte nonnulli illa verba de dubio interpretati sunt, num Ignatii martyrium Deo esset acceptum.

2) Si auctores sunt Agathopus et Philo, ut defensores Martyrii unanimes contendunt, cur vocem ἡμεῖς non iam 5, 2. 3 adhibuerunt, cum Troade eos Ignatium convenisse constet? Haud dubie, quia s. martyrem revera non comitati, sed Lucam (Act. 20, 5 sqq.) imitati sunt, ut l. c. denuo (cf. 2, 8) produnt dicentes, Ignatium per vestigia Pauli Romam venire voluisse. Ex eadem causa iter explicandum esse videtur, quod Ignatius fecisse dicitur non Brundusii, sed in portu Romanorum in Italiam appellens vel potius Puteolos appellere volens.

Generated at University of Toronto on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google Original from HARVARD UNIVERSITY

3) Denique narratio tota suspicionem movet. Auctores se martyrium descripsisse dicunt, ut tempus innotesceret, quo communio cum s. martyre celebraretur (7, 3), et c. 2 de condemnatione, 3—6, 3 de itinere, 6, 4—7, 1 de morte Ignatii loquuntur. Si autem de martyrio eiusque tempore referre voluerunt, cur tam multa verba de itinere faciunt, tam pauca de martyrio ipso? Si s. martyrem profecto comitati sunt, cur nihil proferunt, quod, si paucissima exceperis, non in epistulis legitur vel facile ex iis concludi potest? Si martyrii tempus tantum indicare voluerunt, quomodo caput 1 intellegendum est, in quo de cura episcopi pastorali maxime agunt? In Martyrio Polycarpi de nulla alia re quam de persecutione ac de morte episcopi Smyrnaeorum sermo fit. Denique quoniam auctores id egisse volunt, ut aliis tempus mortis indicarent, quaerere licet, cur nec nomen suum nec lectorum indicaverint? Concedendum quidem est, nomina non fuisse apponenda, si Martyrium ad Antiochenos scriptum fuit. Sed si res ita se habet, non minus in promptu est, scripturae authentiam maxime dubiam esse, cum ab omni veri similitudine abhorreat, auctores de morte Ignatii fratribus suis eo modo retulisse, quo in Martyrio nostro refertur.

Haec scripsi anno 1878, quo Martyrium primo edidi. Interea nonnulli eius authentiam defenderunt vel scripturam a comitibus s. martyris compositam esse probare conati sunt, praesertim A. Brüll[1]), I. Düret[2]), B. Sepp[3]). Neque vero argumenta idonea protulerunt, ut ego[4]) identidem demonstravi et alii[5]) quoque inter Catholicos sentiunt.

Scriptura codice Colbertino graeco (= G), quem contuli

1) *Theologische Quartalschrift* 1884 p. 607—620.

2) *Katholische Schweizer-Blätter* VI (1890), 297—337; 466—493; VII (1891), 54—68.

3) *Historisch-politische Blätter* 1898 CXXI, 516—520; CXXII, 360—370.

4) *Hist.-pol. Blätter* LXXXIV (1879), 349—354; *Kirchenlexikon* VI (1889), 589—590; *Theolog. Quartalschrift* 1893 p. 456—465; *Kirchengeschichtl. Abhandlungen* II (1899), 338—347.

5) P. Batiffol, *Anciennes littératures chrét. La litt. grecque* 1897 p. 16. A. Ehrhard, *Die altchristl. Litteratur* 1900 p. 569 sq. O. Bardenhewer, *Patrologie* ed. II 1901 p. 200.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

a. 1880, et duabus versionibus veteribus, latina (= L) et syriaca (= S), integra ad nos pervenit. Versio latina ad verbum exacta auctoritatem libri graeci habet. Particulas tradunt tres aliae scripturae, e Martyriis Colbertino et Vaticano compilatae, scilicet Martyrium armeniacum (= A)[1]), Martyrium quod vocant Bollandistarum (= B), in hoc volumine p. 259—275 editum, Martyrium a Symeone Metaphraste conscriptum (= M), in hoc volumine p. 246—258 impressum. Sex igitur textus testes sunt, quorum tres quidem minoris momenti sunt, attamen plus minus ad textum recensendum conferunt.

FRAGMENTA POLYCARPIANA.

Feuardentius in codice Virdunensi nunc deperdito Catenam super quattuor evangelistas invenit, in qua sub inscriptione: ***Victor episcopus Capuae ex responsione capitulorum sancti Polycarpi Smyrnensis episcopi, discipuli Ioannis evangelistae,*** quinque loci legebantur, atque in Irenaei libri adversus haereses editione a. 1596, neque vero iam in editione principe a. 1576, in notis ad III, 3, 4, ubi pater de Polycarpo eiusque epistula ad Philippenses agit, tanquam fragmenta aliarum Polycarpi epistularum edidit, quae ab Irenaeo in epistula ad Florinum (Eus. H. E. V, 20, 8) laudantur, neque vero ad nos pervenerunt. Halloix[2]), Usher[3]), Cotelier (ed. Clericus 1724 II, 208), Zahn (p. 171), Lightfoot[4]) aliique particulas repetierunt.

I. B. Pitra in Ioannis diaconi Expositione in Heptateuchum (cod. Paris. 838) duo alia fragmenta eiusdem libri Polycarpiani Responsorum inscripto invenisse sibi visus est, eaque in Spicilegio Solesmensi I (1852), 266 sq. publicavit. Haud dubie autem erravit. Ioannes diaconus enim, vir saeculi IX et auctor Vitae Gregorii Magni, non absolute, ut Pitra scribit, librum

1) Ed. I. B. Aucher, Vitae Sanctorum t. X; I. H. Petermann, S. Ignatii epistolae 1849 p. 496—549.

2) Illustr. eccles. orient. scriptor. Vitae et Documenta 1633 I, 532 sq.

3) Ignatii et Polycarpi Martyria 1647 p. 31—33.

4) *The Apostolic Fathers* II (1885) II, 1001—4.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

Responsorum commemorat, ita ut hic ad librum referri possit, de quo Victor Capuensis dicit, sed librum Responsorum distincte Victori ipsi attribuit, scribens: Victor episcopus Capuae in libro suo Responsorum etc. (cf. ibid. n. 2). Itaque haec duo fragmenta Polycarpo minime adiudicanda sunt.

Quid autem de reliquis fragmentis sentiendum est? Particula II, 3 certe ad Polycarpum non potest referri, cui ea, quae Ioanni, evenerunt, non in scriptura aliqua legenda erant, et virum ignotum, a quo fragmenta profecta esse non est negandum, eam scribere non potuisse equidem non video. Irenaeus quidem Florino scribens de pluribus Polycarpi epistulis dicit (Eus. H. E. V, 20, 8); Adv. haer. III, 3, 4 autem se epistulam ad Philippenses solam in manu habuisse prodit, neque verisimile est, scripturam, quae ipsi atque Eusebio incognita fuit, in notitiam Victoris Capuensis † 554 venisse. Fragmenta insuper ea sunt atque ita a Victore proferuntur, ut non ex epistula, sed e libro amplo desumpta esse censenda sint. Liber denique, quo fragmenta traduntur, testis minus fidelis est: Catenae de nominibus haud raro errant; scriptura, de qua hic agitur, non ad Polycarpum ipsum provocat, sed potius ad Victorem Polycarpi libri utentem. Itaque ratio haud exigua est dubitandi, num fragmenta a Polycarpo profecta sint. Si particula II, 3 additamentum esset, patri non omnino quidem abiudicanda essent. Zahn [1]), qui illum versum delendum esse pro certo habet, fragmenta excerpta ex epistulis Polycarpi vel dicta patris a discipulo aliquo conscripta esse censet. Mihi origo Polycarpiana eo magis dubia est, quod particulam II, 3 manu aliena adiectam esse mihi non prorsus persuasum est.

VITA POLYCARPI.

Hanc scripturam primus Halloix ad adornandam Polycarpi Vitam adhibuit [2]). Bollandus eam latine versam typis expres-

1) *Geschichte des neutestam. Kanons* I, 782; *Forschungen zur Geschichte des neutestam. Kanons* VI (1900), 103.

2) Illustr. eccl. or. script. Vitae et Doc. 1633. t. I.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / Public Domain in the United States https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714
Digitized by Google Original from HARVARD UNIVERSITY

sit[1]). Zahn ex hac versione nonnulla excerpsit et Martyrio Polycarpi adiunxit[2]). L. Duchesne eam graece edendam curavit[3]) mihique liberalissime plagulas editionis suae communicavit, ita ut mea editio paulo post illam in publicum prodire posset. Tertiam editionem I. B. Lightfoot paravit[4]).

Ordo sententiarum hic est. Auctor superius se regressurum esse dicens primo pauca de asiatico Pauli apostoli itinere ac de eius praecepto tempus Paschatis spectans narrat (c. 1—2). Deinde ad sanctum martyrem transiens haec refert. Polycarpus, in Oriente natus, a femina divite Smyrnaea, nomine Callisto, emtus et educatus atque domui praefectus fuit (3), cumque domina absente aliquando horrea in gratiam pauperum evacuans (4) a conservo accusaretur, quod omnia dissipasset, ac Dei auxilio invocato, quidquid largitus erat, repararet, a domina filius adoptatur et heres bonorum constituitur (5). Domina mortua in fide et conversatione christiana magnos progressus faciebat (6), mundum fugiebat (7), pauperes adiuvabat (8), nuptiis spretis vitam caelibem sibi eligebat (9). A Bucolo Smyrnaeorum episcopo in diaconorum gradu constitutus (10—11) in catechesi operam summam navabat (12), doctrinam christianam recte proponens (12) atque continentiam et virginitatem commendans (14—16). Inter presbyteros adscitus (17) Scripturam sacram homiliis interpretabatur (18—19). A Bucolo moriente successor designatus (20), a populo ac clero episcopis vicinis convenientibus sabbato pastor eligitur (21—22), et postquam hi manus ei imposuerunt, confestim sermonem ad promotionem consentaneum facit (23), sabbato sequenti iterum de munere episcopali loquitur (24). Plura miracula operatur. Daphno, episcopo Teiorum, penuria laboranti opem fert oratione augens triticum (25) et vinum (26). Iter faciens cum Camerio diacono ab angelo iubetur e diversorio fugere, quod erat ruiturum (27). Incendium Smyrnam devastans oratione coercet (28), eaque siccitate terram

1) Act. SS. 26 Ian. t. II p. 695—702 ed. Venet. 1734.

2) Ign. et Polyc. epist. p. 169 sq.

3) Vita S. Polycarpi Smyrnaeorum episcopi, auctore Pionio, primum graece edita a L. D. Parisiis 1881.

4) *The Apostolic Fathers* II (1885) II, 1015—47.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

premente a magistratibus et civibus rogatus pluviam adducit (29—32).

Scriptura traditur codice Parisino 1452 membranaceo ac saeculo X exarato, exhibente passiones, vitas ceteraque elogia sanctorum aut festivitatum, quae mense Februario in officio nocturno secundum Calendarium ecclesiae Constantinopolitanae lectitabantur. Vita Polycarpi legitur fol. 182[a]—192[b], eamque Martyrium Polycarpi exipit. Ordo foliorum autem inversus est. Folium 185 est ante folium 183, folium 186 post folium 188. Unum folium excisum est (cf. 28, 4). Codex sine dubio idem est, quo Halloix et Bollandus utebantur. Et textus et lacunae id probant. Scripsit quidem Bollandus, in codice graeco priore loco caedis Polycarpi narrationem, tum vitam reliquam fuisse descriptam (p. 692[b]), cum in codice Parisino Martyrium Vitam sequatur; sed exordium Vitae vel verba ἐπανελθὼν ἀνωτέρω false interpretatus de ordine scripturarum facile errare potuit, eoque magis, cum Rosweyd, cuius apographis usus est, de eorum ordine nihil dixisse putandus sit.

Scriptura praeter folium excisum aliis lacunis laborat. Non solum plura verba, scilicet ea, quae uncinis inclusi, vel alia similia exciderunt, sed etiam particulae maiores deperditae sunt, Auctor dicit, se de episcopis Smyrnaeorum prioribus acturum vel eorum catalogum exhibiturum (3, 1), Polycarpi epistulam ad Philippenses idoneo loco scripturae inserturum (12, 3) et expositurum esse, quomodo Sanctus Scripturas interpretatus fuerit (20, 1); Vita tradita vero neque illam epistulam continet neque duos alios locos. Post consecrationem episcopalem porro praeter nonnulla miracula nihil amplius de Polycarpo comperimus. Denique vix dubium est, auctorem scripturam non ita incepisse, sicut eam nunc legimus. Scriptura ergo valde mutilata ad nos pervenit. Ex iis, quae de documentis in ea inserendis dicuntur, ut Lightfoot[1]) animadvertit, colligendum esse videtur, auctorem id sibi proposuisse, ut omnia ad Polycarpum pertinentia tradens quasi Corpus Polycarpianum completum efficeret, et sicut Epistulam ad Philippenses etiam Martyrium

1) *The Apostolic Fathers* II (1885) II, 1006—9. Cf. Martyr. Polyc. 22, 3 not. vol. I, 342.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / Public Domain in the United States
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714

Digitized by Google Original from HARVARD UNIVERSITY

Polycarpi in opere inseruisse, ita ut hoc olim in Vita, non ut nunc vel in codice Parisino, post eam legeretur.

Codex non indicat, quis scripturam composuerit. Iam Halloix autem auctorem Pionium illum esse censuit, cuius nomen in appendice Martyrii Polycarpi (22, 3) nobis occurrit, et posteriores ei assensi sunt. Bollandus quidem erravit, putans exordium Vitae ad appendicem Martyrii spectare, Vitae verba ἐπανελθὼν ἀνωτέρω (1, 1) interpretans *altius rediens* vel *priora repetens* atque colligens, inde consequens esse ab eodem haec scribi, a quo quae praecesserant, Pionio nimirum (p. 692[b])[1]); namque illa verba, ut iam dicendum erat, in codice priorem locum obtinent, non secundum, atque haud dubie aliter interpretanda sunt. Sententia illa autem nihilominus recta esse videtur. Cum Martyrium, ut cognovimus, ab auctore scripturae non adiunctum, sed potius in ea insertum fuisse conicere liceat, verba appendicis Martyrii: καθὼς δηλώσω ἐν τῷ καθεξῆς (22, 3), non ad Vitam ipsam, sed ad partem scripturae deperditam Martyrium sequentem referenda sunt. Quae respiciens ac considerans, appendicem Martyrii Pionianam et Vitam eundem auctorem prodere[2]), non amplius, sicut antea, de hac re dubito.

Scriptura saeculo IV non est posterius. Quae enim Macarius Magnes, quem eundem esse cum Macario Magnetum episcopo statuere licet, qui in synodo ad Quercum a. 403 accusator Heraclidae episcopi Ephesini erat[3]), Apocr. III c. 24[4]) dictum Domini: *Super aegros manus imponent et bene habebunt* (Marc. 16, 18) interpretans scripsit: Αὔτι δ' οὖν τὴν Σμυρναίων ἐπισκοπὴν διέπων Πολύκαρπος, τοῦ καιροῦ τῶν ληΐων μεγάλως νοσήσαντος, ὁπηνίκα μηδὲ μικρῷ νέφει κρυπτόμενος οὐρανὸς ἄσβεστον ἐξ ἀέρος τὴν φλόγωσιν ἔπεμπεν εἰς ἄμετρον τὴν ἐπικειμένην διακαίων ἤπειρον μέχρι τοσούτου καὶ τῶν λιβάδων τὰς νοτίδας ἐξήρανεν, ἐπὶ πολὺ δὲ τοὺς ἀνθρώπους τοῦ λυπηροῦ πιέζοντος,

1) Secutus est eum Zahn non solum in Patribus apostolicis II p. L sq., sed etiam Vita graece edita in *Götting. gelehrte Anzeigen* 1882 I, 290 sq.

2) Cf. Lightfoot, *The Apostolic Fathers* II, I, 628—628.

3) Phot. Bibl. cod. 59 ed. Bekker p. 17. Harduin, Concil. Coll. t. I p. 1038.

4) Ed. Blondel Paris. 1876 p. 109.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / Public Domain in the United States
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714

Digitized by Google

Original from HARVARD UNIVERSITY

παρελθὼν ὁ θεσπέσιος ἐκεῖνος ἀνὴρ καὶ θεασάμενος τοὺς οἰκήτορας οὕτω τετρυχωμένους, τὰς χεῖρας δι' εὐχῆς ἐπιβαλὼν τρόπον τινὰ κεκαυμένῳ καιρῷ ἐξαίφνης τοῦ καλῶς ἔχειν ἐποίησε τὰ πάντα· ἀμέτρως δ' αὖθις ὑετῷ πνιγομένης τῆς χέρσου καὶ τῶν ἐνοίκων οἰκτρῶς ὀδυρομένων, πάλιν ὁ αὐτὸς εἰς ἀέρα τὰς χεῖρας πετάσας ἔλυσε τὸ δεινόν, τὸ στυγνὸν ἰασάμενος. Καὶ δὴ πρὸ τῆς ἐπισκοπῆς χήρας[1]) βίον οἰκονομῶν, ὅπου δι' ἂν πιστεύων τὰς χεῖρας ἐπέβαλε, καλῶς ἔσχεν ἅπαντα, ea haud dubie e Vita Polycarpi desumpta sunt, ubi c. 29—32 de siccitate aliqua maxima precibus episcopi Smyrnaeorum finita et c. 3—5 de administratione domus Callistus per eundem feliciter facta sermo est. Aliud miraculum quidem, quo pluvia nimis inundans a Polycarpo coercetur, in Vita non legitur. Sed scriptura non integra ad nos pervenit, inprimis fine mutila est, ubi narratio illa fuisse videtur. Insuper Menaea graeca, quae hoc miraculum una cum priore commemorant, illud revera in Vita olim lectam fuisse testantur[2]).

Altera ex parte scriptura saeculo IV non prior esse videtur. Nihil quidem continet, quod evidenter hoc tempus indicet. At modum Paschatis celebrandi impugnat, cuius Epiphanius primus testis est (cf. 2, 4 not.). Historiam Polycarpi auctor tam neglegenter vel ignoranter tractat, de eius conversatione cum Ioanne apostolo omnino silens, ut ad tempus posterius potius quam ad prius referendus sit. Certe autem non idem fuit cum illo Pionio, qui Decio imperatore Smyrnae martyrium subiit quique litteris eruditus scripturam composuisse non est censendus. Fortasse autem nomen martyris celeberrimi, quem Acta (c. 2) comprehensum fuisse tradunt, cum natale Polycarpi celebraret, sibi vindicavit, ut scripturae auctoritatem maiorem praeberet.

Phryges vel Montanistas oppugnans (2, 4) auctor in Asia vel in provincia aliqua finitima se scripsisse prodit. Smyrnae eum vixisse inde collegeris, quod hanc urbem et regionem vicinam accuratius cognitam habuisse videtur.

---

1) Ita recte coniecit Zahn in *Zeitschrift für Kirchengeschichte* t. II (1878) p. 456. Codex habet χεῖρας. Editor coniecit διὰ χεῖρας.

2) Cf. Duchesne, Vita p. 8.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States

Digitized by Google Original from HARVARD UNIVERSITY

Editionem alteram instituens scripturam aeque ac reliqui editores in capita XXXII disposui atque emendationes respexi, quas Duchesne (= D), Lightfoot (= L) et Zahn[1]) protulerunt. Versio latina Bollandi est, a me passim correcta ac castigata[2]).

ADDITAMENTA[3]).

S. Clementis epistulae de virginitate.

Anno 1881, quo has epistulas latine versas edidi, dicendum mihi erat, alios epistulas Clementi Romano, alios auctori ignoto saeculi II vel III attribuere, alios Clementem eas scripsisse non quidem negare, sed dubitare (cf. p. III). Interea nova de earum origine sententia prodiit. I. M. Cotterill[4]) demonstrare conatus est, Epiphanium et Hieronymum, quorum testimonia supra p. I sq. leguntur, non epistulas de virginitate respicere, sed Clementis epistulas ad Corinthios, quas ipsas paucis annis ante saeculo XVI exeunte a falsariis compositas vel in formam traditam redactas fuisse contenderat[5]), et locum, quem Timotheus Alexandrinus, qui est auctor testimonii veteris tertii p. II et 5 (not. ad VI, 1) laudati, ex epistula I excerpsit, non ex epistula tradita desumptum esse, cumque praeterea locos parallelos, quos in Hieronymi epistula XXII, 11—12 (cf. Clem. ep. II, 7—13) eiusdemque libro adv. Iovinianum I, 25—26 (cf. Clem. ep. I, 6; II, 15) et in Antiochi monachi (saec. VII) Homiliis detexerat, non ab epistulis Ps.-Clementis dependere, sed potius subsidia ad eas componendas praebuisse animadvertere sibi visus esset, epistulas non ante saeculum VII confictas esse contendit. Haud dubie vero erravit. Quicunque in historia litteraria ver-

---

1) Hic in *Götting. gelehrte Anzeigen* 1882 I, 302—305.

2) Doleo, quod 20, 4, p. 317, 23, vocem *translationem* retinui, cum vox *ἀπόθεσις* depositionem designet.

3) Pertinent ad eam huius voluminis partem, quae editione altera non recudebatur.

4) *Modern Criticism and Clement's Epistles to Virgins or Their greek Version newly discovered in Antiochus Palaestinensis.* Edinburgi 1884.

5) Peregrinus Proteus. Edinburgi 1879. Cf. vol. I p. XLVI.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

satus nec mente praeoccupatus est, minime dubitare potest, rem inversam esse atque tres illos testes epistulas cognitas habuisse. Itaque argumenta, quae Cotterill protulit, singula hic non sunt refutanda[1]).

Cum epistula prior clausula, altera inscriptione careat, Harnack censuit, epistulas primo unam fuisse scripturam, compositam parte saeculi III priore, saeculo IV medio autem scripturam ab illo falso Clemente, qui Constitutiones apostolorum compilavit, in duas partes vel epistulas divisam et Clementi Romano attributam esse, ut huius epistulae ad Corinthios e medio tollerentur[2]). At auctor Constitutionum apostolorum, nisi omnia fallunt, non saeculo IV medio, quo tempore scripturam iam e duabus epistulis constitisse e testimoniis Epiphanii et Hieronymi apparet, sed circa annum 400 scripsit, atque vix id egit, ut Clementis epistulas ad Corinthios submoveret, cum Clementis epistulae duae, quas in fine operis (c. 85) ipse commendat, scripturis canonicis eas adiungens, haud dubie illae epistulae sint. Itaque non est, cur scripturam iam ab auctore ex ratione ignota in formam nobis traditam redactam fuisse negemus.

Si Cotterill de tempore epistularum certe falsam sententiam tulit, optime de litteris christianis meritus est, Antiochum monachum sicut alias scripturas etiam hanc in usum suum convertisse perspiciens. Quod cum epistulas edens olim ignoraverim, loci, quos Antiochus seu ad verbum seu ad sensum transscripsit, adhibita editione Migniana, PG 89, graece nunc communicentur.

Epistula I.

II, 2. . . . Ὁ δὲ ὄντως δίκαιος ἐκ πίστεως πίστιν ἔχει ἐνεργῆ, πίστιν αὐξάνουσαν, πίστιν πεπληροφορημένην, πίστιν φωτίζουσαν ἐν τοῖς καλοῖς ἔργοις, ἵνα δοξασθῇ ὁ τῶν ὅλων θεός (Hom. 1

1) Cf. quae disputaverunt A. Harnack in *Theolog. Literaturzeitung* 1884 p. 265—268 et I. B. Lightfoot in *The Apostolic Fathers*, I *S. Clement of Rome* 1890 I, 407—414.

2) *Die pseudoclementinischen Briefe* de virginitate *und die Entstehung des Mönchtums* in *Sitzungsberichte der Kgl. preussischen Akademie der Wissenschaften zu Berlin* 1891 XXI, 361—385. Cf. *Theolog. Quartalschrift* 1891 p. 703—704.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

p. 1431 A). 3. Ὁ γὰρ οὕτω φιλόπτωχος ἀκούει τοῦ λέγοντος· *Ἐλεημοσύναι καὶ πίστις μὴ ἐκλειπέτωσάν σε· ἄφαψαι δὲ αὐτὰς ἐπὶ σῷ τραχήλῳ, καὶ εὑρήσεις χάριν· προνοοῦ καλὰ ἐνώπιον κυρίου καὶ ἀνθρώπων.* 4. Καί· *Ὁδοὶ δικαίων ὁμοίως φωτὶ λάμπουσιν, προπορεύονται καὶ φωτίζουσιν, ἕως κατορθώσῃ ἡ ἡμέρα* (H. 98 p. 1730 C) [1]. . . . 5. Χρὴ οὖν τὸν τοῦ θεοῦ ἄνθρωπον ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ καὶ λόγῳ ἐξηρτύσθαι καὶ κομεῖσθαι (l. κοσμεῖσθαι) καὶ εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν πάντα πράττειν πρὸς ὑποτύπωσιν τῶν αὐτῷ πειθομένων. III, 1. Ὁ γὰρ ἡγούμενος ἀπὸ τοῦ ἐν τῷ ἔργῳ προηγεῖσθαι καλεῖται ἡγούμενος. Ὄνομα γὰρ ψιλὸν οὐκ εἰσάγει εἰς βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, οὐδὲ ὁ λόγος ἄπρακτος ὠφελεῖ τὸν ἀκούοντα, ἀλλὰ πρᾶξις ἐνδύναμος ἀληθινὸν ποιμένα ἀποδείκνυσιν (H. 111 p. 1775 CD). 2. . . Ὁ νεανίσκος τοίνυν, τουτέστιν ὁ ἑαυτὸν εὐνουχίσας διὰ τὴν βασιλείαν, καὶ ἡ παρθένος, ἐὰν μὴ κατὰ πάντα τοιοῦτοι ὦσιν, ὥσπερ οἱ ἀληθινοὶ μιμηταὶ τοῦ Χριστοῦ, οὐ δύνανται σωθῆναι. 3. Τὸ γὰρ λέγεσθαι παρθένον καὶ τὰς ἀρετὰς μὴ ἔχειν ἀναλόγους καὶ οἰκείους καὶ ἁρμοζούσας τῇ παρθένῳ, *μωρὰν* τὴν τοιαύτην παρθένον φησὶν ὁ κύριος· ἀφεγγὴς γὰρ οὖσα καὶ ἀνέλαιος ἔξω τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἐγκλείεται, νυμφίου χαρᾶς στερηθεῖσα, καὶ μετὰ τῶν μισούντων τὸν νυμφίον λογισθήσεται· *δοκεῖ γὰρ εἶναί τι ἡ ἄπρακτος μηδὲν οὖσα, καὶ φρεναπατᾷ ἑαυτήν.* 4. *Δοκιμαζέτω δὲ ἕκαστος τὸ ἔργον αὐτοῦ* καὶ ἑαυτὸν ἐπιγινωσκέτω, ὅτι *θρησκεία* ἐστὶν *μάταιος*, παρθενίαν καὶ ἐγκράτειαν ὁμολογοῦντες ἔχειν, *τὴν δὲ δύναμιν αὐτῆς ἠρνημένοι* (H. 21 p. 1498 BC).

V, 2. . . . Ἀγώνισαι νομίμως ἀθλῆσαι, ἵνα τὸν στέφανον, ὃν ᾑρετίσω, ἀπολαύῃς καὶ στεφανηφόρος ἀπέλθῃς (al. l. πομπεύσῃς) πρὸς τὴν *ἄνω Ἱερουσαλήμ* (H. 21 p. 1499 A) . . . 5. Μέγα οὖν ἐστιν ἐν ἁγνείᾳ μένειν . . . Χρὴ δὲ καὶ τὰς λοιπὰς ἀρετάς, καθὼς εἴρηται, ἀναλόγως ἔχειν τῇ παρθενίᾳ, ὅτι ἡ παρθενία ἀνωτέρα πάντων ἐστίν. VI, 1. Παρθένος (παρθένου Ps.-Clem.) γὰρ μήτρα ἐκύησε τὸν θεὸν λόγον. Ἐκ τούτου γνῶθι τὴν δόξαν τῆς παρθενίας. Οἱ γὰρ ἀφιερούμενοι τῷ θεῷ μιμηταὶ τοῦ Χριστοῦ γίνον-

---

1) Antiochus hos versus biblicos (Prov. 3, 3. 4; 4, 18) in Homilia de amore erga pauperes quidem adhibuit; eodem autem ordine, quem in epistulis nostris obtinent, eos proferens Ps.-Clementem se secutum esse prodit.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google Original from HARVARD UNIVERSITY

ται. 5. . . Φησὶν γάρ· *Μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ* (H. 21 p. 1499 B).

VI, 1. . . . . Ἐν πάσῃ οὖν ἀσφαλείᾳ φύλαττέ σου τὴν λαμπάδα τῆς ἁγνείας, ὡς οἱ τοῦ Χριστοῦ φίλοι· ζήλωσον αὐτῶν τὴν πολιτείαν, 2. γίνου ὡς ὁ Ἰωάννης ὁ τοῦ Χριστοῦ πρόδρομος, ὁ ἁγνὸς τοῦ κυρίου ἄγγελος, 3. καὶ ὡς ὁ Ἰωάννης ὁ ἐπιστήθιος τοῦ κυρίου, *ὃν καὶ ἐφίλει ὁ κύριος* ὡς ἁγνόν. 4. Παῦλος καὶ Βαρνάβας καὶ Τιμόθεος τὸν δρόμον τῆς ἁγνείας καὶ τὸν ἀγῶνα ἄσπιλον ἐτέλεσαν ὡς ἀληθῶς μιμηταὶ τοῦ Χριστοῦ. 5. Ἀλλὰ καὶ Ἠλιοῦ καὶ Ἐλισσαίου καὶ ἄλλων πολλῶν τὸν βίον τοιοῦτον εὑρήσεις ἁγνὸν καὶ ἄμωμον. Εἰ οὖν τούτους θέλῃς μιμήσασθαι δυνατῶς, μιμοῦ *πρεσβυτέρους, ὧν ἀναθεωροῦντες*, φησίν, *τὴν ἔκβασιν τῆς ἀναστροφῆς μιμήσασθε καὶ τὴν πίστιν*. Καὶ τό· *Μιμηταί μου γίνεσθε, κἀγὼ Χριστοῦ*. VII, 1. Οἱ τοῦ Χριστοῦ μιμηταὶ δυνατῶς μιμοῦνται αὐτόν· οἱ τοιοῦτοι καὶ μακάριοί εἰσιν (H. 112 p. 1783 CD).

VII, 2. . . Ἡ γὰρ ὄντως εὐνουχία καὶ ἡ ὄντως παρθενία ἐν κυρίῳ ἁγία ἐστὶν τῷ σώματι καὶ τῷ πνεύματι, ἀπερισπάστως καὶ εὐπαρέδρως τῷ κυρίῳ λατρεύουσα ἐν πνεύματι θεοῦ, καθαρῶς καὶ ἀμιάντως ἀρέσκουσα τῷ κυρίῳ καὶ ἀεὶ *μεριμνῶσα, πῶς ἀρέσει αὐτῷ*, 3. καὶ ἓν πνεῦμά ἐστιν πρὸς κύριον, καθὼς γέγραπται· *Ἅγιοι ἔσεσθε, ὅτι ἐγὼ ἅγιός εἰμι, λέγει κύριος*. VIII, 1. Οὐ γὰρ ὀνόματι μόνον ψιλῷ ὁ ἅγιος ἅγιός ἐστιν, ἀλλ' ἐν παντὶ ὁ ἅγιος τῷ σώματι καὶ τῷ πνεύματι (H. 21 p. 1498 C).

VIII, 5. . . *Οὐ μὴ γὰρ καταμείνῃ*, φησίν, *τὸ πνεῦμά μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις εἰς τὸν αἰῶνα διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκας*. Εἴ τις τοίνυν πνεῦμα θεοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος *οὐκ ἔστιν αὐτοῦ*. IX, 1. Ὁ γὰρ πνεῦμα θεοῦ ἔχων πνεύματι θεοῦ στοιχεῖ καὶ πνεύματι θεοῦ τὰς πράξεις τοῦ σώματος θανατοῖ καὶ ζῇ τῷ θεῷ, *ὑποπιάζων καὶ δουλαγωγῶν τὴν σάρκα*, ἵνα ἐνοικήσῃ ἐν αὐτῷ τὸ ἅγιον πνεῦμα τὸ εἰρηνικόν. Καὶ φρουρούμενος ὑπ' αὐτοῦ ποιήσει καρπὸν πίστεως, ἀρετῆς, σοφίας, ἁγνείας κτλ. (H. 130 p. 1842 sq.). 2. Ἐν γὰρ τῷ ἀνθρώπῳ τοῦ θεοῦ οὐκ ἔστιν φρόνημα σαρκικόν, ἀλλὰ πάντες *οἱ καρποὶ τοῦ πνεύματος*, οἱ σωτήριοι, *ἐν οἷς οἰκεῖ ὁ θεὸς καὶ ἐμπεριπατεῖ*· 3. *ἐν οἷς φαίνονται, ὡς φωστῆρες ἐν κόσμῳ, λόγον ζωῆς ἔχοντες* ὡς ἀληθῶς καὶ *καύχημα* καὶ δόξα τῆς εὐσεβείας ὑπάρχοντες. Ἡ γὰρ ἱερ-

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / Public Domain in the United States
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

αρχία . . . καὶ τελεσιουργεῖν, ἵνα *πᾶς ὁ ὁρῶν ὑμᾶς ἐπιγνώσηται, ὅτι σπέρμα εὐλογημένον ἐστὲ ὑπὸ κυρίου*, ἀληθῶς σπέρμα ἔντιμον, *βασίλειον ἱεράτευμα*, *ἔθνος ἅγιον*, *λαὸς εἰς περιποίησιν θεοῦ*, κληρονόμοι ἀφθάρτων καὶ ἀμαράντων ἐπαγγελιῶν, *ὧν ὀφθαλμὸς οὐκ ἴδεν καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν* καὶ φυλάττουσιν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ (H. 122 p. 1815 B—D).

XI, 4. . . Ὁ δὲ Ἰάκωβος· *Εἴ τις ἐν λόγῳ οὐ πταίει, οὗτος τέλειος ἀνήρ, δυνατὸς χαλιναγωγῆσαι καὶ ὅλον τὸ σῶμα.* . . . 8. Φοβηθῶμεν οὖν τὸ κρῖμα τῶν διδασκάλων· περισσότερον γάρ ἐστι τῶν *λεγόντων καὶ μὴ ποιούντων* τὸ κρῖμα ψευδώνυμον γνῶσιν διδασκόντων καὶ *ἐμβατευόντων εἰκῇ καὶ φυσιουμένων ἀπὸ τοῦ νοὸς τῆς σαρκός*, *τυφλῶν τυφλοὺς ὁδηγούντων καὶ ἀμφοτέρων εἰς βόθυνον πιπτόντων.* 9. Ἐκ γὰρ ἐξόδου λόγου αὐτῷ γνωσθήσεται ἀνήρ (H. 22 p. 1502 B, 1504 A).

XI, 10. Πλὴν εἰ εἴληφας χάρισμα πνευματικὸν καὶ *λόγον σοφίας ἢ γνώσεως ἢ διδασκαλίας ἢ προφητείας ἢ διακονίας*, εὐλογητὸς ὁ θεὸς ὁ πάμπλουτος, *ὁ θεὸς ὁ διδοὺς πᾶσιν ἀνθρώποις καὶ μὴ ὀνειδίζων.* Σὺ οὖν . . τοὺς τοιούτους. Χάρισμα ἔχεις παρὰ κυρίου, διακόνησον τοῖς πνευματικοῖς, τοῖς γινώσκουσιν, ὅτι ἃ λέγεις κυρίου ἐστίν, εἰς οἰκοδομὴν τῆς ἐν Χριστῷ ἀδελφότητος, ἐν πάσῃ ταπεινοφροσύνῃ καὶ πραότητι, ὅπερ ἐστὶν καλὸν καὶ ὠφέλιμον τοῖς ἀνθρώποις (H. 47 p. 1579 sq.).

XII, 1. Ὅτι δὲ καλὸν τὸ *ἐπισκέπτεσθαι ὀρφανοὺς καὶ χήρας* ἐν τῇ θλίψει αὐτῶν καὶ πολυτέκνους πένητας, *μάλιστα δὲ* πρῶτον καὶ *τοὺς οἰκείους τῆς πίστεως*, πᾶσιν πρόδηλα καὶ ἀναντίρρητά ἐστιν. 2. Ὅτι δὲ καὶ τοῦτο καλὸν καὶ ὠφέλιμον τῇ ἐν Χριστῷ ἀδελφότητι τοὺς δαιμονιῶντας ἐπισκέπτεσθαι καὶ εὔχεσθαι ἐπάνω αὐτῶν εὐχὴν τῷ θεῷ ἀρέσκουσαν, πιστῶς καὶ μὴ ἐκ συνθέσεως λόγων πολλῶν ἢ μελέτας ἐξορκισμῶν πρὸς ἐπίδειξιν ἀνθρωπαρεσκείας πρὸς τὸ φανῆναι εὐλάλους ἢ μνήμονας ἡμᾶς, 3. δίκην αὐλοῦ ἠχοῦντας πρὸς τοὺς ἐνεργουμένους, φλυαρίας καὶ βαττολογίας καὶ οὐκ ἐν πίστει ἀληθείας, καθὼς ἐδίδαξεν ὁ κύριος· τοῦτο γάρ φησιν· *Τὸ γένος ἐν προσευχῇ* ἐκτενεῖ καὶ πίστει *μετὰ νηστείας ἐξέρχεται.* 4. . . . Νηφόντως οὖν τὸν κάμνοντα ἐπισκεψώμεθα ὡς ἐν πνεύματι ταπεινώσεως. 5. Καλὸν οὖν τὸ συγκοπιᾶν τοῖς κάμνουσιν ἀδελφοῖς, ὡς εἴρηται, δι' ἀγρυπνιῶν καὶ

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

νηστειῶν καὶ εὐχῶν ἀδιαλείπτων. Ἐρρέθη γὰρ ὑπὸ τοῦ κυρίου· *Δαιμόνια ἐκβάλλετε*, μετὰ καὶ τῶν ἄλλων ἰάσεων. *Δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε* (H. 99 p. 1734 AB).

XII, 8. . . . Καλή ἐστιν ἡ φιλοξενία καὶ τῷ θεῷ ἀρέσκουσα, *μάλιστα πρὸς τοὺς οἰκείους τῆς πίστεως* (H. 97 p. 1727 C). Πᾶσα γὰρ γραφὴ παλαιά τε καὶ νέα τοῦτο ἡμῖν παρακελεύεται, τὸ *ἀγαπᾶν τὸν πλησίον ὡς σεαυτόν*. . . Φησὶν δὲ καὶ ἄλλοις· *Περὶ δὲ τῆς φιλαδελφίας αὐτοὶ ὑμεῖς θεοδίδακτοί ἐστε εἰς τὸ ἀγαπᾶν ἀλλήλους*. XIII, 1. Καὶ ἡμεῖς οὖν, ἀδελφοί, ἀγαπήσωμεν τοὺς ὁμοπίστους ἡμῶν (H. 96 p. 1726 C, 1727 B).

XIII, 4. Ὅτι δὲ *ὁ θερισμὸς πολὺς καὶ οἱ ἐργάται ὀλίγοι*, δῆλον ὅτι ἐν τοῖς καιροῖς ἡμῶν λιμός ἐστιν τοῦ ἀκοῦσαι λόγον κυρίου. Διὸ *δεηθῶμεν τοῦ κυρίου τοῦ θερισμοῦ, ὅπως ἐκβάλλῃ ἐργάτας εἰς τὸν θερισμὸν αὐτοῦ*, ἀλλ' ἐργάτας τοιούτους, *ὀρθοτομοῦντας τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, ἀνεπαισχύντους*, ἀνεπιλήπτους, ἐργάτας πιστούς, *φωστῆρας οἰκουμένης, ἐργαζομένους μὴ τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην, ἀλλὰ τὴν μένουσαν εἰς ζωὴν αἰώνιον*· ἐργάτας τοιούτους, ὡς οἱ ἀπόστολοι, . . συνεργοὺς τῷ κυρίῳ εἰς τὸ εὐαγγέλιον, ἐργαζομένους τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων (H. 122 p. 1811 BC).

Epistula II.

I, 1. Χρὴ οὖν πάσῃ φυλακῇ τηρεῖν τὴν ἑαυτοῦ καρδίαν καὶ μηδ' ὅλως συνδυάζειν παρθένον μετὰ νεανίσκου τὸ παράπαν· II, 4. εἰ δὲ καὶ εὑρεθῶσιν πρεσβύτιδες ἱεροπρεπεῖς καὶ χρεία παραθέσεως, 5. εἰλῆσαι τὰς ἑαυτῶν χεῖρας τῷ ἑαυτῶν ἱματίῳ. Ὁμοίως δὲ καὶ οἱ ἄνδρες μετὰ αἰδοῦς ὀρθῶς βλέποντες σωφρόνως τε καὶ σεμνῶς ἐν κυρίῳ τὰς ἑαυτῶν δεξίας περικεκαλυμμένας ἔχοντες τῷ ἑαυτῶν ἱματίῳ ἀποχωρισθῶσιν (H. 21 p. 1499 BC).

III, 2. . . Ὅλως γὰρ ἀναρμόδιόν ἐστιν ἀνθρώπῳ ἀσκῆσαι βουλομένῳ μετὰ γυναικὸς ἐσθίειν καὶ πίνειν ἢ ὑπὸ γυναικὸς ὑπηρετεῖσθαι ἢ προνοεῖν γυναικῶν ἢ ὅλως μετ' αὐτῶν ἔχειν γνῶσιν· ὁμοίως δὲ καὶ κανονικαῖς ἀνάρμοστόν ἐστι συνδυάζειν μετὰ ἀνδρῶν, πρὸς τὸ μηδένα σκανδαλίζεσθαι δι' ἡμῶν, ἀλλ' ἵνα ὦμεν πᾶσιν ἀπρόσκοποι· *εἰδότες γάρ*, φησίν, *τὸν φόβον τοῦ κυρίου ἀνθρώπους πείθομεν, θεῷ δὲ φανερούμεθα*. Φοβηθῶμεν τοίνυν. . . V, 1. Χρὴ οὖν ὡς *ἀπὸ προσώπου ὄφεως καὶ ἁμαρτίας*

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

μεγάλης *φεύγειν* ἀπ' αὐτῶν διὰ τὸ θανατηφόρον εἶναι τοῖς βουλομένοις ἀσκεῖν οὐ μόνον τὴν αὐτῶν ὁμιλίαν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐνθύμησιν (H. 18 p. 1486 AB).

VI, 1. Χρὴ οὖν τὸν βουλόμενον τὴν ἀγγελικὴν ταύτην τοῦ μονήρους βίου ἀσκῆσαι πολιτείαν κτήσασθαι τὴν φρόνησιν τοῦ ὄφεως καὶ τὸ ἀκέραιον τῆς περιστερᾶς, ἵνα συνιῇ ἐν παντί, τί τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ, τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον, ἵνα δοξασθῇ ὁ θεὸς ἐν πᾶσιν διὰ τῆς θεοσεβοῦς ἡμῶν τάξεως καὶ εἰλικρινοῦς πολιτείας· 2. ἵνα ***οἱ ὁρῶντες ἡμᾶς ἐπιγνῶσιν, ὅτι σπέρμα εὐλογημένον*** ἅγιόν ***ἐσμεν, υἱοὶ θεοῦ ζῶντος*** ἐν παντὶ λόγῳ, αἰδοῖ, πραότητι, ἀγωγῇ, προσοχῇ· διὸ ἐν μηδενὶ λόγῳ ὁμοιωθῶμεν τοῖς κοσμικοῖς κατὰ μηδένα τρόπον, ἀλλὰ κτλ. (H. 112 p. 1783 p. B C). 4. . . . Οὕτω τοίνυν καὶ ἡγούμενος τύπος γινέσθω τοῦ ποιμνίου 5. ἐν πάσῃ δικαιοσύνῃ καὶ ἀναστροφῇ ἁγίᾳ· ὁσίως καὶ δικαίως πολιτευόμενος, τηρῶν, ὅσα ἐστὶν ἁγνά, ὅσα σεμνά, εἴ τις ἀρετὴ καὶ εἴ τις ἔπαινος, εἴ τις εὔφημος· ὠφελείας διόρθωσις γινέσθω παρ' αὐτοῦ (H. 111 p. 1778 sq.).

VII, 1. Ἀκούσωμεν οὖν, τί περὶ αὐτῶν καὶ ἡ θεία γραφὴ διαγορεύει. . . VIII, 1. . . Πῶς δὲ καὶ ἡ Αἰγυπτία; ἢ τὴν μορφὴν τοῦ Ἰωσὴφ ἐπεπόθησε σαρκὸς πόθῳ, τοῦ ὄντος σεμνοτάτου· καὶ τούτου μὴ ἐπινεύσαντος, εἰς θλίψεις καὶ στενοχωρίας διὰ τῆς ψευδηγορίας τὸν εὐσεβῆ περιέπειρεν ἕως θανάτου. 2. Ὁρᾶς, ὅτι ὁ ἐντελεχισμὸς σαρκὸς τῆς Αἰγυπτίας πόσην κατειργάσατο τοῦ δικαίου θλίψιν; Διὰ τοῦτο οὖν πᾶσι τρόποις συμφέρον ἡμῖν ἐστιν ἀπέχεσθαι ἀπ' αὐτῶν. Οὐ γὰρ ἔχουσι λυσιτέλειαν αἱ αὐτῶν συντυχίαι τοῖς θέλουσιν ***ἐν ἀληθείᾳ τὴν ὀσφὺν περιζώσασθαι.*** IX, 1. Οὐκ ἤκουσας περὶ τοῦ Σαμψὼν Ναζωραίου, ***μεθ' οὗ τὸ πνεῦμα τοῦ κυρίου ἐπορεύετο;*** καὶ τὸν τοιοῦτον ἅγιον ἡ γυνὴ ἀπώλεσε διὰ τῆς μοχθηρᾶς σαρκὸς καὶ ἀθεμίτου ἐπιθυμίας. 2. Διὰ τοῦτο οὐδ' ὅλως ἐπιτρεπόμεθα μετὰ γυναικὸς καθίσαι ἢ ἔχειν συντυχίας τὸ σύνολον. X, 1. Ὁμοίως καὶ περὶ τοῦ Δαυὶδ οὐ πεπαίδευσαι, ὃν καὶ ***εὗρεν*** ὁ θεὸς ***ἄνδρα κατὰ καρδίαν αὐτοῦ;*** πῶς μορφῇ γυναικός, λέγω δὲ τῆς Βερσαβεέ, ἐπιθυμήσας πόσοις κακοῖς περιέπεσε; ταύτην γὰρ ἰδὼν ὁ ἅγιος ἀληθῶς λουομένην, ἐν ἐπιθυμίᾳ τῆς μορφῆς αὐτῆς γενόμενος, 2. πόσην κακίαν ὁ παμμέγιστος ἀνὴρ κατειργάσατο; καὶ ἥμαρτεν εἰς θεὸν οὐ μόνον τῇ μοιχίᾳ περιπεσών, ἀλλὰ καὶ τὸν ἄνδρα αὐτῆς ἀναιρεθῆναι κελεύσας. Ὁρᾶς, πόσην

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / Public Domain in the United States
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714

Digitized by Google

Original from HARVARD UNIVERSITY

δραματουργίαν κακίας ἐτελεσιούργησε διὰ τὴν ἐπιθυμίαν ὁ *χριστὸς κυρίου* Δαυίδ; 3. Παιδευθῶμεν τοῦ μὴ ἐπιθυμεῖν. Εἰ γὰρ τηλικοῦτοι ἄνδρες διὰ γυναικῶν ἑάλωσαν, πῶς ἡμεῖς οἱ ἀνίσχυες μετὰ τῆς ἑαυτῶν πτώσεως διαπορευόμενοι καὶ ἐν μέσῳ παγίδος διαβαίνοντες ἐκφευξώμεθα; XI, 1. Ὁμοίως καὶ Ἀμμὼν καὶ διὰ τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ Θάμαρ ἀνῃρέθη καλῶς (? κακῶς). XII. Ὡσαύτως καὶ ὁ Σολομὼν ἔχων σοφίαν καὶ φρόνησιν καὶ χύμα καρδίας καὶ πλοῦτον καὶ δόξαν πολλὴν ὑπὲρ πάντας, καὶ οὗτος διὰ γυναικὸς ἀπώλετο καὶ ἀποστάτης ἐγένετο διὰ γυναῖκας. XIII, 1. Καὶ οἱ πρεσβύτεροι οἱ κατὰ Σουσάνναν κριταὶ διὰ τὸ ἐνδελεχίζειν καὶ καταμανθάνειν κάλλος ἀλλότριον εἰς τὸ πέλαγος τῆς ἐπιθυμίας ἐμπεσόντες ἐπανέστησαν τῇ μακαρίᾳ Σουσάννῃ (H. 17 p. 1480 sq.).

Pseudo-Ignatius.

Cum Th. Zahn Ps.-Ignatium Semiarianum fuisse et annis 360—380 scripsisse censeret, mihi falsarius Apollinarista fuisse et circa annum 400 vel saeculo V ineunte vixisse videbatur (cf. supra p. X—XII), et qui editionem meam vel Patrum apostolicorum volumen II recensebant, alii mihi, alii illi assensi sunt. Equidem non desii ad quaestionem animum advertere, cumque A. Harnack, postquam sententiam meam argumentis solidioribus fundatam esse declaravit quam Zahnianam[1]), paucis annis post hanc omnino adprobandam esse iudicaret[2]), hanc ipse denuo diligentius examinavi eamque minime certam esse ostendi[3]). L. Duchesne quidem ut iam antea ita etiam nunc falsarium Semiarianum habendum esse putavit[4]); argumenta vero, quae protulit, non idonea esse videntur[5]).

I. B. Lightfoot, qui editionem epistularum falsarii recentissimam instituit, agnovit, locos, e quibus nonnulli eum Aria-

1) *Theologische Litteraturzeitung* 1882 p. 271.

2) *Die Lehre der zwölf Apostel* 1884 p. 245.

3) *Die Apostolischen Konstitutionen* 1891 p. 281—315.

4) *Bulletin critique* III (1882), 6—8; XIII (1892), 81—85.

5) Cf. quae disputavi in *Theolog. Quartalschrift* 1892 p. 399—412, et in libro: *Kirchengeschichtliche Abhandlungen und Untersuchungen* II (1899), 347—359.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / Public Domain in the United States
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

num vel Semiarianum fuisse concluserunt, omnes etiam orthodoxe intellegi posse, cum dicta similia apud patres catholicos invenirentur, plures locos eum asseclam fidei Nicaenae fuisse prodere atque difficile esse eum Arianum declarare; altera ex parte autem eum neque Apollinaristam designare ausus est, et doctrinam falsarii non cum certitudine definiendam esse dixit; modo addidit, indolem sermonis auctoris generalem Arianismum sapere, et Ps.-Ignatium fortasse id egisse, ut theologos diverse sentientes conciliaret, sub nomine patris antiquissimi scripturam proponens, in qua omnes prudentes convenire possent[1]).

Cum Lightfoot de doctrina Ps.-Ignatii certam sententiam ferre non auderet, A. Amelungk[2]) luculenter demonstrare sibi visus est, eum Semiarianum fuisse et annis 345—350 scripsisse. De tempore falsarii autem haud dubie erravit. Ps.-Ignatii epistulae non, ut censuit, ad symbolum synodi Antiochenae a. 345, Formulam quam vocant prolixam, tam prope accedunt, ut eidem tempori adiudicandae sint, sed potius ab eo discedunt et aetatem provectiorem satis clare produnt. Accedit, quod Ps.-Ignatius Constitutiones apostolorum, quae festi salvatoris natalis mentionem faciunt, quod ecclesiae orientales ultimis duobus saeculi IV decenniis demum celebrare coeperunt, certe in usum suum convertit, nisi eas fortasse ipse compilaverit. Non dubito, eum etiam doctrinam falsarii non recte intellexisse[3]). Attamen hoc praetermittam, neque argumenta refutabo, quibus nuperrime A. Jülicher[4]) falsarium Semiarianum fuisse probare conatus est. Hic meum est non tam demonstrare, quid Ps.-Ignatius docuerit, quam exponere, quid singuli de eius doctrina iudicaverint.

V e r s i o n e m epistularum v e t e r e m l a t i n a m edens quattuor libros manuscriptos excussi, de quinto, quem inspicere mihi non licuit, pauca dixi (cf. supra p. XVII—XXI). Ut Lightfoot[5]) ostendit, novem alii codices versionem exhibent, scilicet:

1) *The Apostolic Fathers* II (1885) I, 255—260.

2) *Untersuchungen über Pseudo-Ignatius* 1899.

3) Cf. *Theolog. Quartalschrift* 1901 p. 411—426.

4) *Götting. gelehrte Anzeigen* 1901 p. 191—193.

5) *The Apostolic Fathers* II, I, 118—124; in editione Ignatii II (1889) I, 129 codex Atrebatensis commemoratur, quem Harnack, *Geschichte der altchristlichen Litteratur* I (1893), 79, omisit.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

1) Trecensis 412, membranaceus, saec. XII; 2) Bruxellensis 5510, saec. XII; 3) Bruxellensis 703, saec. XV; 4) Bruxellensis 20132, saec. XVI; 5) Carolopolitanus 173, membranaceus, saec. XII; Carolopolitanus 266, membr. saec. XII; 7) Atrebatensis 51, membr. saec. XI; 8) Laurentianus plut. XXIII n. 20, membr. saec. XV; 9) Vindobonensis 1068, membr. saec. XIV. Ad textum emendandum vero non multum conferre videntur; aeque enim ac libri iam prius cogniti epistulam ad Polycarpum mutilam tradentes (cf. p. XXI) eiusdem cum his familiae, aetate vero et auctoritate omnes codice Regio (p. XIX), plures etiam reliquis inferiores sunt. Lightfoot versionem non edidit; codices autem, Carolopolitanis et Atrebatensi exceptis, inspexit atque particulam epistulae Polycarpi ad Philippenses, Ps.-Ignatii epistulis adiunctae, latine tantum conservatam contulit[1]).

Versionem Adone Viennensi saec. IX priorem esse supra p. XIII dixi. Cum Gregorius M. Ep. V, 39 Anastasio Antiocheno respondens verba *Amen Gratia,* quae hic tanquam Ignatiana laudaverat quaeque textus graecus (cf. Polyc. 8, 3; Eph. 21, 2 not.), neque vero versio latina exhibet, repetat, Lightfoot versionem saeculo V exeunte nondum exstitisse censuit. Equidem hoc ex illa epistula non collegerim. Non est, cur statuamus, Gregorium versionem, postquam instituta est, confestim cognitam habuisse vel Anastasio scribentem de duobus illis verbis rationem accuratiorem sibi reddidisse.

L a u s H e r o n i s, in codicibus versioni Ps.-Ignatii latinae adiuncta, olim nonnisi latine tradita cognita fuit (cf. supra p. XL). Nuperrime versio coptica inventa et publicata est[2]). Unde apparet, eos recte iudicasse, qui scripturam graece compositam fuisse censebant. Lightfoot eam etiam graece restituit[3]).

Alphonsus Maria de Ligorio in libro: *Le Glorie di Maria* (I, 8, 1, ed. Bassan. 1774 p. 146 Rom. 1878 p. 213), ut P. Odilo Rottmanner

---

1) Versionem illam et alteram, collectionem epistularum mixtam exhibentem, denuo, subsidiis autem insufficientibus instructus, edidit Lagarde, *Die lateinischen Uebersetzungen des Ignatius,* Goettingae 1883.

2) Lightfoot, *The Apostolic Fathers* II (1885) II, 881 sq.; ed. II (1889) III, 297 sq.

3) Ibid. II, 893 sq.; III, 309 sq.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / Public Domain in the United States
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

mihi communicat, hoc dictum tanquam a s. Ignatio martyre prolatum allegat: „Impossibile est aliquem salvari peccatorem, nisi per tuum, o Virgo, auxilium et favorem; quia quos non salvat Dei iustitia, salvat sua intercessione Maria (al. Mariae), misericordia infinita“. Patres veteres vero nullibi dictum commemorant, neque Ioannes Chrysostomus, quem A. de Ligorio tanquam testem laudat, et qui in theologia versatus est, minime ignorat, similia medio aevo demum pronuntiata fuisse, quo Richardus a s. Laurentio monachus Cisterciensis (saec. XIII) in libro de laudibus B. M. V., qui etiam sub nomine Alberti Magni (Opp. ed. Jammy XX, II, 39b) circumferebatur, II c. 1 n. 23 dixit: „Quia saepe quos filii iustitia damnat, matris misericordia liberat“.

Martyrium Ignatii Vaticanum.

Quo ex tempore hanc scripturam edidi, duo testes adhuc incogniti in lucem prodierunt, codex Parisinus 1491 saec. XI et versio coptica, tradita codice Vaticano copt. 66 et Taurinensi Papyro 1 et ex illo vel potius ex apographo, quod I. Guidi exaravit, publicata in Patrum apostolicorum editione, quam I. B. Lightfoot instituit [1]). Quibus subsidiis novis instructus Lightfoot scripturam emendatiorem edere potuit. Attamen eius textus a meo fere ubique non tam re quam forma discedit. Maxime differt exordium, quod Lightfoot sic exhibet: Ἐν ἔτει ἐννάτῳ τῆς βασιλείας Τραϊανοῦ καίσαρος, τουτέστι τῆς σκγ′ ὀλυμπιάδος δευτέρῳ ἔτει, ἐν ὑπατείᾳ Ἀττίκου Σουρβανοῦ καὶ Μαρκέλλου κτλ.

In editione s. Ignatii et s. Polycarpi altera (1889), Lightfoot etiam lectiones varias codicis Taurinensis, quem Fr. Rossi [2]) a. 1886 publicaverat, communicare potuit. Versio autem, quam liber Taurinensis exhibet, non eadem est atque ea, quam codici Vaticano debemus, scilicet Memphitica seu Boheirica, sed potius Thebaica seu Sahidica, et aetate praestat illi, quae ex ea defluxit [3]). Neutra versio quidem integra traditur; ita autem utraque mutilata est, ut altera alteram suppleat.

1) *The Apostolic Fathers* II (1885) II, 865—882. De libris manuscriptis cf. ibid. p. 364 sq.

2) *Papyri Copti del Museo Egizio di Torini,* Taurini 1886; etiam in *Memorie della Reale Accademia delle Scienze di Torino* ser. II tom. 38.

3) Partem versionis utriusque priorem, scilicet 1—3, 3, iam Revillout in *Revue Égyptologique* III (1883), 34 sq. publicavit. Cf. Lightfoot l. c. II, 365 ed. II.

Metaphrastis Martyrium Ignatianum.

Lightfoot hanc scripturam non edidit; in editione Ignatii secunda (1889) II, 596—598 autem lectiones duorum codicum hucusque incognitorum publicavit. Alter asservatur in monasterio Sinaitico, numero 508 signatus, saec. X[1]), alter in bibliotheca patriarchali Hierosolymae, S. Sep. 7, saec. XI[2]). In hoc libro autem non tota scriptura, sed epistula ad Romanos tantum collata fuit. Lectiones variae non maioris momenti sunt, et codices aetate insignes textum iam satis recte constitutum fuisse ostendunt.

Martyrium Ignatii Colbertinum.

In hac Additamentorum sectione pars voluminis prior tantum mihi respicienda esse videbatur (cf. p. LXI n. 3). Editio Ignatii Lightfootiana altera, quam inspicere tandem mihi contigit, cum haec plagula imprimeretur, occasionem mihi praebet, ut de parte posteriore vel de Martyrio Ignatii Colbertino denuo agam. Quam scripturam recensens Lightfoot quidem non alio codice graeco uti potuit ac Parisino iam diu cognito. Postquam autem eam denuo impressit, notitiam duorum aliorum codicum Martyrium tradentium nactus est eorumque lectiones varias in Addendis ad volumen II, p. 589—595, publicavit. Alter est codex 18 S. Sab. in bibliotheca patriarchae Hierosolymitani, saec. X ut videtur[3]), alter codex 519 bibliothecae monasterii Sinaitici, saec. X[4]). Cum ambo libri fere ubique, praesertim ubi consentiunt, cum Parisino faciant, textum vulgatum adprobant. Nihilominus doleo, quod de iis non antea cognovi. Magis autem miror, quod nemo inter Germanos, ni fallor, de libris illis hu-

1) Cf. Gardthausen, Catalogus codicum graec. Sinaiticorum 1886 p. 124.

2) Cf. Papadopulos-Kerameus, Ἱεροσολυμιτικὴ Βιβλιοθήκη I (1891), 30—33. Ibid. III (1897), 27 sq. alius codicis mentio fit.

3) Cf. Papadopulos-Kerameus, Ἱεροσολ. Βιβλιοθήκη II (1894), 29—34.

4) Cf. Gardthausen, Catal. codd. gr. Sin. 1886 p. 126.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / Public Domain in the United States
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

cusque retulit, omnes potius, qui de litteris christianis agebant, codicem Parisinum usque hodie unicum declarabant, cui Martyrium Ignatii vetustissimum huiusque epistulam ad Romanos graece debemus. Editio Ignatii Lightfootiana altera apud nos paene nusquam lecta fuisse videtur. Lightfoot ipse videtur censuisse, testes novos textum vix mutare. In editione Patrum apostolicorum minore saltem, quam post eius mortem (1889) I. R. Harmer publicavit (1891), textus editionis maioris ad verbum repetitus est.

Quae cum ita sint, nunc de testibus novis pauca addo. Codex Sinaiticus epistulam ad Romanos non integram tradit, sed plures particulas omittit, scilicet 3—4, 2[a] (βαρύς τινι γένωμαι), 5, 3—6, 1[a] (περάτων τῆς γῆς), 6, 2[b] verba ὁ δὲ τοκετός μοι ἐπίκειται, 8—10, 2[a] (πάντα ἀναπαῦσαι). Codex Hierosolymitanus mendis orthographicis scatet. De reliquo codices libro Parisino maxime propinqui sunt, eundem fere textum exhibent, et siglum G, quo hunc in apparatu critico designavi, et in epistula ad Romanos et in Martyrio, fere ubique tres codices amplectens censeri potest. Lectiones variae, si vitia manifesta omittuntur, neque crebrae sunt neque eae esse mihi videntur, quas exscribam.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from
HARVARD UNIVERSITY

TEXTUS

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States

Digitized by Google

Original from
HARVARD UNIVERSITY

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from
HARVARD UNIVERSITY

EPISTULA PRIOR BEATI CLEMENTIS DISCIPULI PETRI APOSTOLI.

I. Omnibus, qui suam [quam] in Christo per Deum patrem [habent] vitam amant atque diligunt quique oboediunt veritati Dei in spe vitae aeternae, qui amant fratres suos et amant proximos suos in caritate Dei, [fratribus] virginibus beatis, qui dedunt se servandae virginitati *propter regnum caelorum,* et [sororibus] virginibus sacris ea quae in Deo est pax.

II. Unicuique virginum [fratrum aut sororum], qui vere statuerunt servare virginitatem *propter regnum caelorum*, necessarium est caelorum regno usquequaque dignum esse. 2. Neque enim aut eloquentia aut fama, aut conditione [vitæ] et prosapia, aut formositate aut [corporis] robore aut diuturno [vitae] tempore regnum caelorum obtinetur; verum obtinetur illud fidei efficacia, [quae adest] ubi quis opera fidei ostendit.

I, 1. *quam . . habent etc.]* Voces uncinis [ ] inclusas interpres ad iuvandam versionis intellegentiam de suo addidit. -- *fratribus]* In syriaca lingua virgines huius et alterius sexus ipsa vocabuli forma (cf. Apoc. 14, 4. Act. 21, 19) distinguuntur. Quo discrimine cum latina lingua careret, necesse fuit hic addere *fratribus* et mox *sororibus.* Clemens graece hic scripserit τοῖς μακαρίοις παρθένοις, et mox ταῖς ἱεραῖς παρθένοις. Nimirum in seriore graecitate vox παρθένος usurpari solebat etiam de maribus, qui caelibem vitam viverent. Cf. Aemilium Portum ad Suidam sub voce Ἄβελ. BEELEN. — *propter etc.]* Matth. 19, 12.

II, 1. Hic versus verbotenus ita vertendus est: *Omnes virgines* (fratres) *et virgines* (sorores), *qui in veritate statuerunt servare virginitatem propter regnum caelorum, necessarium est unicuique ex illis caelorum regno dignum esse omni in re.* BEELEN. — *cael. regno etc.]* Cf. II Thess. 1, 5.

2. *opera fidei]* Cf. Iac. 2, 17 sqq. I Clem. 33, 1. — *luceat etc.]* Matth. 5, 16. Cf. I Petr. 2, 12.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google Original from HARVARD UNIVERSITY

Scilicet qui revera pius est, eius opera de fide ipsius testantur, quod verus sit fidelis, [praeditus] fide magna, fide perfecta, fide in Deo, fide quae *luceat in bonis operibus*, ut omnium *pater* per Christum *glorificetur.* 3. Ii ergo, qui in veritate virgines sunt propter Deum, oboediunt illi, qui dixit: *Iustitia et fides ne tibi deficiant; alliga illas collo tuo, et invenies animae tuae misericordiam; et meditare bona coram Deo et coram hominibus.* 4. *Semitae iustorum ergo veluti lux* lucent, crescitque *illarum lux, donec firma stet dies.* Etenim radii lucis illorum [iustorum] etiam nunc illustrant totum mundum per bona opera, ita ut sint revera *lux mundi, lucens sedentibus in tenebris,* ut surgant discedantque ex tenebris illis ope lucis bonorum pietatis operum, *ut videant opera nostra bona et glorificent patrem nostrum caelestem.* 5. Nam hominem Dei oportet in omnibus verbis factisque suis perfectum esse adornatumque in sua ratione agendi omnimoda honestate atque ordine et recte facere opera sua omnia.

III. Sunt enim utriusque sexus virgines pulcrum quoddam exemplar, [propositum et praesentibus] fidelibus et iis, qui [deinceps] futuri sunt fideles. Nomen autem [fidelis] solum sine operibus non introducet in regnum caelorum; si quis autem fuerit fidelis in veritate, is salvari poterit. Nam quod quis nomine tantum vocatur fidelis, operibus autem non est, non ideo illi contingit, ut sit revera fidelis. 2. Igitur [cavete] *ne quisquam decipiat vos vanis sermonibus erroris.* Nam eo, quod nomen virginis cuipiam fuerit, si desunt illi opera praecellentia et pulcra et virginali statui convenientia, salvari non poterit. 3. Etenim Dominus noster istiusmodi virginitatem *stultam* vocavit, prout dixit in evangelio; quae quidem propterea, quod nec oleum habebat neque lumen, relicta fuit extra regnum caelorum et prohibita a gaudio sponsi et cum sponsi adversariis com-

3. *iustitia etc.]* Prov. 3, 3. 4.
4. *semitae etc.]* Prov. 4, 18. — *lux etc.]* Matth. 5, 14; 4, 16 (Ies. 9, 2). — *ut videant etc.]* Matth. 5, 16.
5. Cf. I Tim. 6, 11. II Tim. 3, 17. I Cor. 14, 40.

III, 1. *nomen etc.]* Cf. Matth. 7, 21. Luc. 6, 46. — *fidelis in v.]* Cf. Ign. Magn. 4.
2. *ne quisquam etc.]* Eph. 5, 6.
3. *stultam]* Matth. 25, 1 sqq. — *species etc.]* II Tim. 3, 5. Gal. 6, 3.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States

Digitized by Google
Original from
HARVARD UNIVERSITY

putata. Nimirum apud eos, qui tales sunt, solummodo est *species pietatis; virtutem autem eius abnegant.* Apud se *existimant se esse aliquid, cum nihil sint, et errant.* 4. *Unusquisque* ergo *exploret opera sua* seque ipse noscat; nam *vanum cultum* [Deo] exhibet, quicumque virginitatem et sanctimoniam profitetur, *virtutem autem eius abnegat.* Est enim istiusmodi virginitas immunda et ab omnibus bonis operibus reiecta. Scilicet *ex fructibus suis* unaquaeque *arbor cognoscenda est.* 5. *Attendito ad id, quod dico. Dabit tibi Deus intellectum.* Quicumque coram Deo spondet se servaturum esse castitatem, omni sancta Dei virtute accingi debet. 6. Et si vere timoratus corpus suum crucifixerit, pietatis causa etiam recusat id, quod dixit [Scriptura]: *Crescite et multiplicamini*, et omnem ornatum ac sollicitudinem et voluptatem ac seductionem huius saeculi et commessationes eius et ebrietatem omnesque delicias eius atque relaxationes; et removet sese ab omni convictu cum hoc saeculo et a laqueis eius et retibus et impedimentis eius; et dum versaris super terram, ama, ut labor et negotium tuum sint in caelis.

IV. Is ergo, qui magna haec et excellentia sibi expetit, eam ob causam universo mundo renuntiat seque ab eodem divellit, ut deinceps sicut sancti angeli vitam vivat divinam caelestemque in pura sanctaque operatione et *in sanctificatione spiritus* Dei, atque ut Deo omnipotenti serviat per Iesum Christum *propter regnum caelorum.* 2. Hanc ob causam divellit sese ab omnibus corporis cupiditatibus, et non illud *crescite et multiplicamini* solum recusat. At concupiscit ille *spem* promissam et praeparatam et *repositam in caelis* a Deo, qui ore professus est nec mentitur, quod [promissa illa spes] excellentius quid

4. *unusqu. etc.]* Gal. 6, 4. — *vanum c.]* Iac. 1, 26. — *ex fructibus etc.]* Matth. 12, 33.
5. *attendito etc.]* II Tim. 2, 7. Cf. I Clem. 38, 2. Tert. de virg. vel. c. 13.
6. *crescite etc.]* Gen. 1, 28. — *omnem ornatum etc.]* Cf. Cypr. de hab. virg. c. 5. Chrysost. de virg. c. 77. — *in caelis]* Cf. Phil. 3, 20.
IV, 1. *sicut s. angeli]* Cf. Matth. 22, 30. Greg. Nyss. de virg. c. 14. — *in s. spiritus]* II Thess. 2, 12.
2. *sp. repositam in c.]* Col. 1, 5. — *excellentius etc.]* Alludit auctor ad Ies. 46, 4. 5. Cf. Ambros. de instit. virg. c. 6. Aug. de s. virg. c. 24. — *torus imm.]* Hebr. 13, 4.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

sit quam filii et filiae, et quod utriusque sexus virginibus daturus esset locum in domo Dei praeclarum, qui excellentius quid erit, quam sunt filii et filiae, et praestantior, quam futurus sit locus eorum, qui in casto vixerint connubio et quorum *torus* fuerit *immaculatus*. Scilicet utriusque sexus virginibus ob sublimem illam et heroicam [virginitatis] professionem daturus est Deus regnum caelorum sicut sanctis angelis.

V. Virgo igitur tu esse cupis. At nostine, quanti laboris et molestiae res sit virginitas vera, illa, quae perseveranter *adstat coram Deo omni tempore* nec ab eo recedit et *sollicita est, quomodo possit Domino suo placere casto corpore et spiritu?* 2. Nostin', quanta gloria competat virginitati, et ideone facis hoc? Nostin', quaeso, et intellegisne, quid tandem facere cupias? Nostin' sanctae virginitatis sublime officium? Nostin' sicut vir in hunc agonem legitime descendere atque certare, cum hoc in virtute spiritus eligis, ut coroneris corona lucis teque [triumphantem] circumducant per *Ierusalem supernam?* 3. Si igitur omnia haec desideras, vince corpus, vince carnis libidines, vince mundum in spiritu Dei; vince vanas istas præsentis sæculi res, quae transeunt et atteruntur et corrumpuntur et finem habent; vince draconem, vince leonem, vince serpentem, vince satanam per Iesum Christum, qui te roboraturus est auditione verborum suorum et divina eucharistia. 4. *Tolle crucem tuam et sequere* eum, qui te mundavit, Iesum Christum Dominum tuum. Contende, ut curras recte et fiducialiter, non trepide, sed animose, spe Domini tui fretus, fore ut per Iesum Christum adipiscaris *supernae vocationis* tuae coronam victorialem. 5. Quicumque enim ambulat perfectus in fide nec timet, is re vera accipit coronam virginitatis, quae ut res est magni laboris, ita et magnam quoque habet mercedem. Num intellegis et nosti, quam sit res honorabilis castimonia? Num intellegis, quam magna, quam excellens sit gloria virginitatis?

V, 1. *adstat etc.]* Verba sapientiae in Prov. 8, 27. 30. — *sollicita etc.]* I Cor. 7, 34.
2. *agonem]* Cf. II Tim. 2, 5. — *Ierusalem s.]* Gal. 4, 26.
3. *Draco, leo, serpens* spiritus nequam appellatur Apoc. 12, 7. I Petr. 5, 8. II Cor. 11, 3; *satanas* passim.
4. *tolle etc.]* Matth. 16, 24. — *sup. vocationis]* Phil. 3, 14.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

VI. Uterus sanctae virginis gestavit Dominum nostrum Iesum Christum, Dei filium, et corpus, quod Dominus noster gessit et quo certamen suum fecit in hoc mundo, ex sancta virgine induerat, (et postquam Dominus noster homo factus est in virgine, hanc vitae rationem in hoc mundo tenuit). Hinc ergo intellege praestantiam et claritatem virginitatis. Vin' tu esse Christianus? Christum ergo imitare in omnibus. 2. Ioannes legatus, qui ante Dominum nostrum venit, *quo maior quisquam non fuit inter natos ex mulieribus*, sanctus Domini nostri nuntius, virgo fuit. Imitare ergo Domini nostri legatum, et esto amicus eius in omnibus. 3. Deinde Ioannes, *qui super pectus Domini nostri recubuit, quem* [Dominus] *valde diligebat*, is quoque virgo fuit; neque enim sine causa Dominus noster illum [sic] diligebat. 4. Paulus quoque et Barnabas et Timotheus cum reliquis aliis, *quorum nomina scripta sunt in libro vitae*, hi, inquam, omnes castimoniam dilexerunt atque amarunt et in isthoc certamine cucurrerunt cursumque suum immaculate confecerunt ut Christi imitatores et tamquam filii Dei vivi. 5. Sed et Eliam et Elisaeum aliosque multos viros

VI, 1. Excellentiam virginitatis auctor ab eo commendat, quod Iesus Ch. matrem habere voluerit virginem. Verba uncinis inclusa desunt in codice, exstant autem in fragmento syriaco, et contextus docet, ea hoc loco excidisse. Fragmentum latine versum hoc est: *Num intellegis, quam sit res honorabilis castimonia? Nostine, quanta gloria ornata fuerit virginitas? Virginis uterus gestavit Dominum nostrum Iesum Christum, Deum verbum; et postquam Dominus noster homo factus est in virgine, hanc vitae rationem in hoc mundo tenuit. Hinc cognoscito gloriam virginitatis.* Quae verba si cum iis comparaveris, quae in textu leguntur, ea ab illis paulum discrepare haud te fugiet. Beelen (p. LIV) contendit, fragmentum particulam esse versionis diversae ab ea, quae hic editur. Sed res non certa est. Auctor fragmenti locum aut parum accurate e memoria allegavit aut ipse vertit.

2. *ante Dominum]* Alludit auctor ad Ioann. 1, 15. — *quo maior etc.]* Matth. 11, 11. — De virginitate Ioannis Bapt. dicunt etiam Hieronymus adv. Iovin. II c. 16, Chrysostomus de virgin. c. 79, Pseudoignatius ad Philad. 4, 4.

3. *qui s. pectus etc.]* Ioann. 21, 20. Cf. Hieron. adv. Iovin. I c. 26.

4. Paulus ab auctore inter virgines enumeratur. Aliter Pseudoignatius ad Philad. 4, 5, qui tamen Timotheum inter eos recenset, qui in castitate de vita exierunt. — *quorum nom.]* Philipp. 4, 3.

5. De Eliae et Elisaei vita cae-

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / Public Domain in the United States
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

sanctos invenimus vitam egisse caelibem atque immaculatam. His igitur si cupis similis fieri, fortiter illos imitare; dixit enim [Scriptura]: *Seniores vestros honorate, cumque eorum vitae rationem moresque videritis, fidem illorum imitemini.* Et iterum ait: *Imitemini me, fratres, sicut ego Christum.*

VII. Illi ergo, qui Christum imitantur, strenue ipsum imitantur. Nam qui *Christum* revera *induerunt*, imaginem eius exprimunt in cogitationibus suis et in omni vitae suae ratione et in omnibus actionibus suis et in verbis et in factis et in patientia et in [animi] fortitudine et in scientia et in pudicitia et in longanimitate et in puro corde et in fide et in spe et in amore erga Deum pleno atque perfecto. 2. Itaque nemo, qui virginitatem profitetur, sive frater sive soror, salvari poterit, nisi sit omnino sicut Christus, et sicut illi, *qui sunt Christi.* Scilicet quicumque caelibem vitam agit secundum Deum, sive frater sive soror, castus ille est corpore et spiritu atque in cultura Domini sui assiduus; neque discedit ab eo aliorsum, sed quovis tempore famulatur in puritate et sanctitate in spiritu Dei, *sollicitus, quomodo placeat Domino suo,* estque sollicitus, ut quavis in re illi placeat. 3. Talis a Domino nostro non recedit, verum spiritu cum Domino suo est, sicut scriptum est: *Estote sancti, sicut ego sanctus sum, dicit Dominus.*

VIII. Neque enim si quis nomine tantum sanctimonialis vocatur, iam sanctimonialis est; verum omnino sanctimonialis esse debet et corpore et spiritu; et gaudent omni tempore, qui [vere] virgines sunt [sive fratres sive sorores], similes sese reddere Deo Christoque eius, atque hos imitantur. 2. Scilicet in talibus non est *prudentia carnis;* in iis, qui veraciter fideles sunt et *in quibus spiritus Christi habitat,* inesse nequit *carnis*

libe cf. Chrysost. de virg. c. 79; Pseudoign. ad Philad. 4, 4. — *seniores etc.]* Hebr. 13, 7. Ceterum auctor sensum potius quam ipsa Pauli apostoli verba expressit. — *imitemini etc.]* I Cor. 4, 16; 11, 1.

VII, 1. *Chr. induerunt]* Rom. 13, 14. 2. *qui s. Christi]* Gal. 5, 24. — *sollicitus etc.]* I Cor. 7, 32. 3. *estote etc.]* I Petr. I, 16. Lev. 11, 44; 19, 2; 20, 7.

VIII, 2. *prudentia carnis]* Rom. 8, 6. — *in quibus etc.]* Rom. 8, 9. — *scortatio etc.]* Gal. 5, 19—21. — *scel. inventio]* Cf. Rom. 1, 30.

Digitized by Google Original from HARVARD UNIVERSITY
Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States

prudentia, quod est *scortatio, contaminatio, impudicitia, idololatria, incantatio, inimicitia, aemulatio, contentio, iracundia, lites, dissidia, invidia, ebrietas, comessatio,* scurrilitas, stultiloquium, risus effusus, calumnia, insusurrationes; acerbitas, stomachus, vociferatio, convicium, petulantia, malignitas, scelerum inventio, mendacitas, loquacitas, nugiloquium, minae, stridor dentium, incriminatio, vexatio, contemptio, percussio, 3. animi elatio, arrogantia, gloriatio, tumor animi, iactatio generis, formae, dignitatis, opulentiae, potentiae, litigium, iniuria, praestandi cupiditas, odium, inimicitia, invidia, perfidia, vindicta, crapula, gula, *avaritia, quae est idololatria, cupiditas, quae radix est omnium malorum,* studium ornatus, vana gloria, imperandi cupiditas, impudentia et superbia, quae vocatur mors *cuique Deus resistit.* 4. Quicumque [vitia] haec aut his similia habet, is homo carnalis est. Nam *quod nascitur ex carne, carnale est;* et *qui de terra est, de terra loquitur* et de terra cogitat; *carnis autem desiderium inimicitia est cum Deo; nam non subicit sese legi Dei; neque enim potest* [legi Dei sese subicere], propterea quod in carne est, *in qua non habitat bonum,* quia spiritus Dei in ea non est. 5. Hanc ob causam merito dicit [Scriptura] in generationem istiusmodi [hominum carnalium]: *Non habitabit spiritus meus in hominibus in perpetuum, quia caro sunt.* Omnis ergo, in quo spiritus *Christi* non est, *is non est eius,* sicut scriptum est: *Recessit spiritus Dei a Saul, et vexavit eum spiritus nequam, qui super eum emissus fuerat a Deo.*

IX. Voluntati spiritus Dei consentit quisquis, in quo est spiritus Dei; et quia consentit spiritui Dei, ideo carnis opera mortificat vivitque Deo, subigens et *in servitutem redigens cor-*

3. *an. elatio]* Ante hanc vocem leguntur in textu syriaco duo vocabula, quae Beelen latine transferre non est ausus, cum de eorum significatione non satis ipsi constaret. — *avaritia etc.]* Col. 3, 5. I Tim. 6, 10. — *superbia — mors]* Cf. Tob. 4, 13 (LXX) vel 14 (Vulg.). Rom. 8, 6. — *cuique Deus r.]* I Petr. 5, 5. Iac. 4, 6.

4. *quod nascitur etc.]* Ioann. 3, 6. 31. — *carnis etc.]* Rom. 8, 7. — *in qua etc.]* Rom. 7, 18. —

5. *non habitabit etc.]* Gen. 6, 3. — *is n. est eius]* Rom. 8, 9. — *recessit etc.]* I Reg. 16, 14.

IX, 1. *in servitutem etc. repr. fiat]* I Cor. 9, 27.

Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

pus suum affligensque illud, ut aliis praedicans pulcrum sit exemplum et imago fidelibus ac versetur in operibus spiritu sancto dignis, ut ne *reprobus fiat*, sed probatus sit coram Deo et coram hominibus. 2. Ab eo, inquam, *homine, qui Dei est, desideriun carnis* omne abest, inprimis autem ab utriusque sexus virginibus; sed fructus eorum omnes sunt *fructus spiritus* et vitae, ac veraciter sunt [tales homines] civitas Dei et habitacula et *templa*, in quibus commoratur et *habitat Deus* versaturque sicut in sancta civitate caelesti. 3. Ideo autem *mundo apparetis sicut luminaria, quia ad verbum vitae attenditis*; atque·ita estis revera laus et gloria ac laetitiae corona et gaudium bonorum servorum in Domino nostro Iesu Christo. 4. Omnes enim, qui videbunt vos, *agnoscent vos esse semen, cui benedixit Dominus,* esse veraciter semen inclitum sanctumque et *regnum sacerdotale, gentem sanctam, gentem hereditatis* [Dei], heredes divinarum promissionum, quae nec corrumpuntur nec marcescunt, [de quibus scriptum est]: *id quod oculus non vidit nec auris audivit nec in cor hominis adscendit, quod Deus praeparavit diligentibus illum et mandata eius observantibus.*

X. Persuasum autem nobis est de vobis, fratres, ea vos cogitare, quae ad vitam vestram requiruntur. Verum ita loquimur de iis, quae loquimur, ob malos [qui nunc currunt] rumores de impudentibus quibusdam hominibus, qui sub pietatis praetextu cum virginibus [in eadem domo] habitant et periculo sese obiciunt aut soli cum illis deambulant per viam et solitudinem, viam periculis plenam et plenam offendiculis et la-

2. *homine etc.]* I Tim. 6, 11. — *abest]* Cf. Gal. 5, 24. — *fr. spiritus]* Gal. 5, 22. — *templa etc.]* I Cor. 3, 16.
3. *mundo etc.]* Philipp. 2, 15. 16.
4. *agnoscent etc.]* Ies. 61, 9. — *regnum etc.]* I Petr. 2, 9. — *nec corrumpuntur etc.]* Cf. I Petr. 1, 4. — *id quod etc.]* I Cor. 2, 9.
X. Cf. ad hoc caput Pastor Hermae, Sim. IX c. 11. Iren. adv. haer. I c. 1, 12. Tert. de ieiun. c. 17. Cypr. Ep. 4 ed. Hartel. Euseb. H. E. VII c. 30, 6. Syn. Illiber. c. 27. Syn. Ancyr. c. 19. Syn. Nic. c. 3. Pseudocypr. de singul. cler. Epiph. H. 47 c. 3; H. 61. 63. Hieron. Ep. 22 c. 14; 117 c. 6 sqq. Chrys. adv. eos qui subintrod. hab. virg.
1. *de iis quae loqu.]* Beelen haec verba quasi glossema aliquod in versione omisit.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

queis et foveis; cuiusmodi agendi ratio Christianos et [viros] religiosos prorsus dedecet. 2. Alii autem in accubitis edunt et bibunt cum illis, cum virginibus et cum sacratis, lascivam inter licentiam multamque turpitudinem; id quod fieri non debet inter fideles et minime inter illos, qui virginalem statum sibi elegerunt. 3. Alii autem congregantur ad vanam futilemque confabulationem et ad ridendum atque ut male alii de aliis loquantur; et venantur sermones alii contra alios et sunt desidiosi; cum quibus ne cibum quidem sumere vobis permittimus. 4. Alii autem circumeunt per domos virginum fratrum aut sororum, sub praetextu visitandi illos aut legendi Scripturas aut exorcizandi eos aut docendi. Otiosi cum sint et nihil quidquam agant, investigant ea, quae quaerenda non sunt, et blandis sermonibus Christi nomine negotiantur. 5. Quos devitat divinus apostolus ob multitudinem scelerum eorum, sicut scriptum est: *Spinae progerminant in manibus otiosorum*, et: *Viae otiosorum plenae sunt spinis.*

XI. Quisquis enim otiosus est, sine labore est et sine utilitate. Tales sunt viae omnium illorum, qui nulli incumbunt labori, sed verba venantur atque hoc pro virtute habent et recte facto. 2. Istiusmodi homines, similia sunt opera eorum viduis illis otiosis garrulisque, quae *circumcursant et vagantur per domos* cum garrulitate sua, otiosos venantes sermones deque domo in domum eos deferentes cum multa exaggeratione absque timore Dei; et ad haec omnia, impudentes ut sunt, docendi praetextu varias doctrinas tradunt. 3. Atque utinam veras traderent doctrinas, tum o beati illi. Nunc vero triste hoc ibi adest, quod non intellegunt, quid velint [docere], et affirmant ea, quae non sunt. 4. Nempe doctores esse volunt

2. *cum virg. et c. sacratis]* Haec verba Beelen glossema esse putat.
4. *exorcizandi]* Cf. c. 11. — *quaerenda non sunt]* Cf. I Tim. 6, 20. Tit. 3, 9.
5. *devitat]* Cf. II Tim. 3, 1—6. Tit. 3, 10. — *spinae etc.]* Prov. 26, 9; 15, 19.

XI, 1. *quisquis — utilitate]* Haec verba Beelen tamquam glossema in versione iterum suppressit.
2. *opera eor.]* Glossa secundum Beelen. — *circumcursant etc.]* 1 Tim. 5, 13.
3. *tum o b. illi]* Glossa secundum Beelen.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States

Digitized by Google Original from HARVARD UNIVERSITY

et disertos sese ostendere, iniquitatem negotiantes in nomine Christi. Haec contingunt multis, servos Dei facere non decet; neque attendunt ad id, quod dicit (Scriptura): *Ne multi inter vos sint doctores, fratres, neque omnes sitis prophetae. Qui in verbis suis non praevaricatur, hic homo perfectus est, potens domare et subigere totum corpus suum.* 5. Et: *Si quis loquitur, loquatur verbis Dei.* Et: *Si est in te intellegentia, responde fratri tuo; sin vero, pone manum tuam super os tuum. Modo tacendum est, modo loquendum.* 6. Et iterum dicit: *Qui tempestive loquitur, decorum illi est.* Et rursus ait: *Sermo vester gratia conditus sit. Scire namque debet homo, quomodo unicuique oportune respondeat.* Nam *qui effutit, quidquid illi in buccam venerit, usque suscitabit iurgia, et qui garrulus est, augebit dolorem; et qui praeceps est labiis suis, incidet in mala; nam ob linguae indisciplinam veniet ira, sed iustus linguam suam custodit et amat animam suam ad vitam.* 7. [Istiusmodi homines, quos dixi] hi sunt, qui *benignis et blandiloquis suis sermonibus decipiunt corda simplicium,* et dum beatos illos praedicant, in errorem abducunt. 8. Timeamus ergo iudicium, quod imminet doctoribus. Grave enimvero iudicium subituri sunt doctores illi, qui *docent et non faciunt;* et illi, qui Christi nomen mendaciter assumunt dicuntque se docere veritatem, at *circumcursant et* temere *vagantur* seque exaltant atque *gloriantur in sententia carnis suae.* Isti sunt sicut *caecus, qui caeco ducatum praestat et in foveam cadunt ambo.* 9. At condemnabuntur, propterea quod garrulitate sua et vana doctrina *animalem* docent *sapientiam* atque *inanem fallaciam* verborum persuasionis *sapientiae humanae,* [agentes in hoc] *secundum*

4. *haec c. multis]* Glossema secundum Beelen. — *ne multi etc.]* Iac. 3, 1. I Cor. 12, 29. — *qui in verbis etc.]* Iac. 3, 2.

5. *si quis etc.]* I Petr. 4, 11. — *si est etc.]* Sirach 5, 14. — *modo etc.]* Eccles. 3, 7.

6. *qui etc.]* Prov. 25, 11. — *sermo etc.]* Col. 4, 6. — *qui effutit etc.]* In unum auctor conflasse videtur Prov. 18, 6; 13, 3; 21, 23; Sirach. 20, 8.

7. *benignis etc.]* Rom. 16, 18.

8. *docent etc.]* Matth. 23, 3. — *gloriantur etc.]* Col. 2, 18. — *caecus etc.]* Matth. 15, 14.

9. *an. sapientiam]* Iac. 3, 15. — *inanem etc.]* In unum conflata sunt Col. 2, 8. 4 et Eph. 2, 2.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / Public Domain in the United States
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

voluntatem principis potestatis aëris et spiritus illius, qui vim suam exserit in immorigeris; secundum institutionem huius saeculi et non secundum doctrinam Christi. 10. Verumtamen si accepisti *sermonem scientiae* aut *sermonem doctrinae aut prophetiae aut ministerii*, laudetur *Deus*, *qui largiter opitulatur omnibus*, *qui omnibus dat nec opprobrat.* Illo igitur charismate, quod a Domino accepisti, illo inservi fratribus pneumaticis, prophetis, [inquam], qui dignoscant Dei esse verba ea, quae loqueris; et enarra quod accepisti charisma in ecclesiastico conventu ad aedificationem fratrum tuorum in Christo. Nam bona sunt et eximia ea, quae utilitatem hominibus Dei afferunt, si apud te revera sunt.

XII. Pulcrum quoque atque utile est *visitare pupillos et viduas*, inprimis pauperes, qui multos habent liberos, *ante omnia autem domesticos fidei.* Sunt haec [opera] sine controversia officium servorum Dei, eaque praestare pulcrum ipsis atque decorum est. 2. Porro etiam hoc convenit fratribus in Christo et iustum atque decorum ipsis est, ut visitent eos, qui a malis spiritibus vexantur, atque orent et adiurationes super eos faciant utiliter, [adhibitis, inquam] precibus, quae acceptae sint coram Deo, non vero verbis splendidis multisque, [studio] compositis atque praeparatis [in eum finem], ut hominibus appareant eloquentes ac felicis memoriae. 3. Sunt autem similes *tibiae sonanti aut tympano tinnienti* garrulitatem eorum, et nihil iuvant eos, super quos adiurationes faciunt, sed [tantum] proferunt verba terribilia, quibus homines terrificant, non vero agunt ibi cum vera fide secundum doctrinam Domini, qui dixit: *Hoc genus non exit nisi in ieiunio ac precibus* firmis et continuis atque intenta mente. 4. Itaque sancte orent petantque a Deo cum alacritate omnique sobrietate et castitate, sine odio et sine

10. *sermonem etc.]* I Cor. 12, 5—10. — *aut ministerii]* Glossa secundum Beelen. — *Deus qui etc.]* Iac. 1, 5. — *fr. pneumaticis proph.]* Cf. I Cor. 14, 29. 37. — *in eccl. conventu etc.]* Cf. I Cor. 14, 26.

XII, 1. *visitare etc.]* Iac. 1, 27. — *ante etc.]* Gal. 6, 10. Beelen haec verba glossema esse putat.

2. Cf. Act. 19, 13.

3. *tibiae etc.]* I Cor. 13, 1. — *garr. eorum]* Glossema secundum Beelen. — *hoc genus etc.]* Matth. 17, 20.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

malitia. Sic adeamus fratrem aut sororem aegrotantes, eosque invisamus eo modo, quo hoc fieri decet: sine dolo et sine pecuniae amore et sine tumultu et sine garrulitate et sine agendi ratione, quae sit a pietate aliena et sine superbia, sed cum animo demisso et humili Christi. 5. Itaque ieiunio et oratione exorcizent illos, non vero verbis elegantibus sciteque compositis atque digestis, sed sicut homines, qui a Deo acceperunt charisma sanandi, (*gratis accepistis, gratis date*), confidenter, ad laudem Dei. Ieiuniis vestris et precationibus ac continuis vigiliis ceterisque bonis vestris operibus opera carnis mortificate per virtutem spiritus sancti. Qui sic agit, *templum is spiritus sancti Dei est;* hic daemonia eiciat, et adiuvabit illum Deus. Nam pulcrum est opitulari aegrotantibus. Praecepit Dominus: *Daemonia eicite,* aliasque multas sanationes facere iussit, et: *Gratis accepistis, gratis date.* 6. Magna iis, qui sic faciunt, merces est a Deo, qui fratribus suis inserviunt per charismata, quae illis a Domino sunt donata. Est enim hoc pulcrum et proficuum servis Dei, quia agunt secundum praecepta Domini, qui dixit: *Aegrotus eram et visitastis me,* et his similia. 7. Illud quoque pulcrum et iustum rectumque est, ut propter Deum proximum cum omni humanitate et honestate visitemus, sicut dixit apostolus: *Quis infirmus est, quin et ego infirmer? Quis scandalizatur, quin et ego offendam?* Quae omnia dicta sunt de amore, quo invicem nos diligere debemus. 8. Atque hac in re versemur absque offensione, nec quidquam faciamus cum discrimine personarum aut quasi ad pudorem aliorum, verum pauperes diligamus tamquam Dei servos atque illos inprimis visitemus. Etenim pulcrum hoc est coram Deo et coram hominibus, ut scilicet recordemur pauperum et ut fratres atque pere-

4. *aegrotantes]* i. e. energumenos. — *animo etc.]* Cf. Matth. 11, 29.

5. *charisma sanandi]* i. e. eiciendi daemones e corporibus obsessorum. Cf. Iust. Apol. II c. 6; Dialog. c. 85. Iren. adv. haer. II c. 31, 2 ed. Stieren. Orig. c. Cels. I c. 6; VII, c. 4. Tert. Apol. c. 23. Min. Fel. Octav. c. 27. Cypr. ad Donat. c. 5. — *gratis etc.]* Matth. 10, 8. Beelen haec verba h. l. tanquam glossema in versione omisit. — *templum etc.]* I Cor. 6, 19. — *daemonia etc.]* Matth. 10, 8.

6. *aegrotus etc.]* Matth. 25, 36.

7. *quis etc.]* II Cor. 11, 29.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / Public Domain in the United States https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

grinos diligamus propter Deum et propter eos, qui credunt in Deum, sicut ex lege ac prophetis et a Domino nostro Iesu Christo didicimus de caritate [exercenda] erga fratres et peregrinos, propterea quod ipsum hoc iucundum est atque acceptum vobis; proptera quod *omnes* vos *edocti estis a Deo.* Nostis enim ea quae dicta sunt verba de caritate erga fratres et peregrinos; potenter namque dicta sunt verba illa omnibus, qui ea faciunt.

XIII. O fratres nostri dilecti. Etiam [hoc], quod quis aedificare debeat et confimare fratres in fide unius Dei, manifestum est et notum. 2. Rursus et hoc quoque pulcrum est, ut nemo proximo suo invideat. 3. Atque iterum hoc pulcrum est atque decorum, ut, quotquot opus Dei operentur, in timore Dei opus Domini faciant; sic necesse ipsis est ut sese gerant. 4. Quod *messis multa sit, operarii autem pauci,* etiam hoc notum est atque manifestum. Itaque *precemur Dominum messis, ut emittat operarios in messem suam,* operarios tales, qui *recte tractent verbum veritatis, operarios inconfusibiles*, operarios fideles; operarios, qui *sint lux mundi*, operarios, qui *operentur non hunc cibum, qui periturus est, verum cibum illum, qui permaneat in vitam aeternam;* operarios tales, quales [erant] apostoli; operarios qui imitentur patrem et filium et spiritum sanctum, de hominum salute sollicitos; 5. non operarios, qui *mercenarii* sint, non operarios, qui religionem et pietatem pro mercibus habeant [quibus negotientur]; non operarios, qui *ventri suo inserviant;* non operarios, qui *benignis et blandiloquis sermonibus decipiant corda simplicium;* non operarios, qui simulent lucis filios, cum non sint lux, sed tenebrae, *quorum*

8. *nec qu. f. cum discrimine person.]* Cf. Iac. 2, 1. Vox graeca est προσωποληψία, quae saepissime in S. Scriptura legitur. Cf. Rom. 2, 11. Eph. 6, 9. Col. 3, 25. — *propterea quod ipsum — Deo]* Glossema secundum Beelen. — *omnes edocti etc.]* Ioann. 6, 45. Ies. 54, 13. Cf. Barn. 21, 6.

XIII, 4. *messis etc.]* Matth. 9, 37. 38. — *recte tractent etc.]* II Tim. 2, 15. — *lux m.]* Matth. 5, 14. — *operentur etc.]* Ioann. 6, 27.

5. *mercenarii]* Ioann. 10, 12. 13. — *ventri s. ins. benignis etc.]* Rom. 16, 18. — *quorum etc.]* Philipp. 3, 19. — *op. dolosos]* II Cor. 11, 13. — *ebr. et infideles]* Cf. Matth. 24, 45—50. — *pecuniae etc.]* I Tim. 3, 3. Tit. 1, 7.

Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY
Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States

finis interitus est; non operarios, qui operentur iniquitatem et malitiam et fraudem; non *operarios dolosos*, non operarios ebriosos et infideles; non operarios, qui Christum in negotio et quaestu habeant, neque deceptores neque *pecuniae amatores neque litigiosos.* 6. Inspiciamus igitur atque imitemur fideles, qui bene conversati sunt in Domino. Sicut vocationi ac professioni nostrae convenit et consentaneum est, ita [Deo] inserviamus illique placeamus sanctitate atque iustitia et vita immaculata, *operam dantes bene recteque factis coram Deo atque etiam coram hominibus.* Etenim pulcrum hoc est, ut Deus glorificetur inter nos quavis in re. Amen.

Explicit epistula prior Clementis.

---

6. *operam etc.]* Rom. 12, 17. — *Deus glorificetur]* Cf. Matth. 9, 8. Luc. 2, 20; 13, 13; 23, 47. Act. 11, 18. II Cor. 9, 13. I Petr. 4, 16 etc.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

EPISTULA POSTERIOR EIUSDEM CLEMENTIS.

I. Volo autem cognoscatis, fratres, quaenam sit in illis locis, ubi nos versamur, nostra omniumque fratrum nostrorum vivendi ratio in Christo; et si ea vobis in timore Dei placuerit, vos quoque eo modo vitam vestram in Domino instituite. 2. Nos igitur, Deo nos adiuvante, nosmet ita gerimus; cum virginibus non habitamus nihilque nobis in communi est cum ipsis: cum virginibus neque edimus neque bibimus, et ubi dormit virgo, ibi non dormimus nos. Neque lavant pedes nostros mulieres neque ungunt nos, et omnino non dormimus ibi, ubi somnum capit puella innupta aut Deo sacrata; et ne pernoctamus quidem ibidem, si haec sit sola [quamquam] in alio aliquo loco. 3. Si accidit, ut tempus alicubi nos opprimat, sive in agro sive in pago sive in oppido sive in vico aut ubicumque tandem simus, atque in eo loco inveniuntur fratres: tum introimus ad fratrem aliquem et convocamus illuc fratres omnes et miscemus cum illis sermones confirmatorios et exhortativos; et qui diserti sunt inter nos, loquuntur illis sobria et severa et verba gravia et tremenda et pudica in timore Dei, et ut secundum beneplacitum Dei agant quavis in re utque proficiant et progrediantur in bonis operibus et ut *nulla in re solliciti sint*, sicut convenit et aequum est populo Dei.

I, 1. *vivendi r. in Christo]* Cf. II Tim. 3, 12.

2. *ungunt nos]* sc. cenaturos. — *Deo sacrata]* Syriacus legit proprie: *filia foederis.* — *sola]* Sensus: sicubi, puta in pago aut vico aliquo, nulli reperiantur Christiani praeter puellam unam sive innuptam sive Deo sacratam, nos ne transigimus quidem noctem in eo loco, etiamsi necesse non sit in unis aedibus cum illa puella pernoctare. BEELEN.

3. *et verba gr. et trem.]* Beelen velut glossema omisit. — *nulla etc.]* Philipp. 4, 6.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

II. Quod si contingit, ut, dum adhuc procul absumus a domibus aut a propinquis nostris, dies se inclinet et vespertinum tempus nos obruat cogantque nos fratres per φιλαδελφίαν et φιλοξενίας causa ad manendum apud ipsos, ut vigilias cum ipsis agamus et ut audiant sanctum Dei verbum et faciant atque alantur Domini verbis, ut eorum memores sint, et offerant nobis panem et aquam aut id, quod Deus praeparaverit, et nos, morem illis gerentes, consentiamus pernoctare apud illos: tum, si est in eodem loco asceta quispiam, ad hunc introimus et apud hunc divertimus, 2. illeque frater parare nobis debet, quaecumque nobis necessaria sunt; atque ille nobis famulatur, ille pedes nobis lavat, ille unguento nos ungit, ille nobis lectum sternit, ut in fiducia Dei somnum capiamus; omnia haec frater ille asceta, qui est in eo loco, ubi divertimus, per se ipsum facere debet. 3. Ille quoque fratribus ministrabit, sed et singuli fratres, qui in ipso eo loco sunt, una cum illo ministrabunt ea omnia, quae fratribus necessaria sunt. Apud nos autem tunc ibi esse non potest femina quaepiam, sive adolescentula sit sive maritata; neque vetula neque sacrata Deo, neque ancilla christiana neque ethnica; verum solummodo viri cum viris esse possunt. 4. Quod si videmus requiri, ut stemus et oremus propter mulieres et verba exhortationis et aedificationis loquamur, fratres convocamus omnesque sorores sanctas et virgines atque omnes mulieres, quae ibi sunt, ut cum omni modestia et decoro conveniant ad delicias veritatis. Tum ex nobis diserti qui sumus sermonem facimus et exhortamur illos verbis, quae Deus nobis indiderit. 5. Post haec preces fundimus et nobis damus osculum pacis, viri viris. Mulieres autem et virgines manus suas vestimentis suis involvere debent; atque ibi etiam nos modeste et in omni verecundia, oculis in altum sublatis, vere-

II, 1. *asceta]* Proprie: *vir sacer.* Similiter paulo infra: *frater* (Deo) *sacratus.*

2. *ungit]* Cf. supra 1, 2.

3. *vetula]* Syriacus legit: *dives.* Beelen autem ibi errorem esse librarii conicit. — *sacr. Deo]* Cf. 1, 2.

4. *stemus et or.]* Veteres stabant orantes. Cf. Marc. 11, 25. Luc. 18, 11. — *facimus]* Etiam in Constitutionibus apost. II c. 57 plures verba faciunt ad fideles in sacro conventu collectos.

5. *osculum pac.]* Cf. Rom. 16, 16. I Petr. 5, 14. Iust. Apol. I c. 65. Const. ap. VIII c. 11.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google Original from HARVARD UNIVERSITY

cunde et cum omni decentia dexteram manum vestimentis nostris involvimus; et tunc accedere possunt [mulieres] et dare nobis osculum pacis in dexteram nostram vestimentis nostris involutam. Post quae imus illuc, quo Deus nobis ire concesserit.

III. Quod si incidimus in aliquem locum, ubi nullus sit frater [caelibe vita Deo] sacratus, sed omnes sint [matrimonio] coniuncti, omnes, qui ibi sunt, fratrem ad eos venientem suscipere debent et ministrare illi curamque de illo habere in omnibus, studiose, cum propensa voluntate. 2. Igitur frater ille, ut oportet, ministrandus est ab illis, sicuti convenit; debet autem ille frater iunctis, qui sunt in eo loco, dicere: Nos Deo sacri cum mulieribus neque manducamus neque bibimus, neque inserviunt nobis mulieres aut virgines, nec lavant nobis pedes mulieres neque ungunt nos, nec sternunt nobis [lectum] mulieres, nec somnum capimus ibi, ubi dormiunt mulieres, ut irreprehensibiles simus in omnibus, ut nemo offendatur aut scandalizetur in nobis; et quando omnia haec agimus, *nemini sumus offendiculo.* Sicut homines ergo, *qui cognoscimus timorem Domini, hominibus suademus, Deo autem manifesti sumus.*

IV. Si vero accidit, ut incurramus aliquo, ubi nullus adsit vir [christianus], sed omnes sint mulieres et puellae christianae illaeque compellant nos, ut ibidem pernoctemus, nos convocamus illas omnes in idoneum aliquem locum et quaerimus ab illis, quid agant, et secundum ea, quae ab illis discimus, et prout eas animo affectas videmus, cum illis sermocinamur [idque] decenter, sicut homines, qui Deum timent. 2. Et quando congregatae sunt omnes adveneruntque et vidimus in pace illas esse, exhortativa ad illas verba facimus in timore Dei et Scripturam illis legimus cum verecundia et cum verbis severis gravibusque pietatis, cum omni decore et mente severa. Ad aedi-

III, 1. *sacratus]* i. e. asceta.
2. *ut oportet . . sicuti conv.]* Alterum alterius glossema secundum Beelen. — *nemini s. o.]* II Cor. 6, 3. — *qui cogn. etc.]* II Cor. 5, 11.
IV, 1. *illaeque comp. nos]* Sic Beelen ex coniectura. Verbum codicis ipsum nullum sensum habet. — *in id. al. locum]* Verbotenus: *in locum unum ad latus dexterum.* Auctor ipse fortasse scripsit: *εἰς ἕνα τόπον δεξιόν.*
2. *c. omni dec. et m. sev.]* Glossema secundum Beelen.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / Public Domain in the United States
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

ficationem et confirmationem ipsarum omnia facimus. Et ad eas quod attinet, quae [matrimonio] iunctae sunt, ita loquimur ad illas in Domino, sicut ipsis consentaneum est. 3. Ubi vero inclinaverit se dies et advesperaverit, ad pernoctandum seligimus matronam, quae et senili aetate et morum gravitate omnes antecellit. Cui dicimus, ut praebeat nobis privatum aliquem locum, quo neque mulier aliqua neque adolescentula ingrediatur. 4. Atque ipsa haec mulier vetula afferre nobis debet lucernam, et omnia, quae nobis necessaria sunt, ipsa afferre nobis debet. Ex caritate erga fratres afferat, quidquid ad fratrum hospitum usum necessarium est; vetula nempe, quae multis consiliis diu fuerit probata: *si liberos educavit, si peregrinos excepit, si sanctorum pedes lavit.* Atque ipsa haec, ubi tempus advenerit somni [capiendi], discedere debet et domum suam ire in pace.

V. Quod si incurramus aliquo, ubi inveniamus mulierem christianam unam solam, nec quisquam alius [Christianus] ibi adsit nisi sola [mulier] haec, non subsistimus in eo loco neque precationes ibi peragimus neque Scripturas ibi legimus, sed aufugimus inde veluti a conspectu serpentis aut sicut a conspectu peccati. 2. Non autem [hoc facimus ideo], quod christianam hanc mulierem spernamus — absit a nobis, ut tali animo affecti simus erga fratres nostros in Christo — sed quia sola est, ideo timemus, ne forte quis verbis mendacibus contumelias nobis imponat; corda enim hominum in malis posita sunt et stabilita; 3. et ne praebeamus occasionem cupientibus apprehendere contra nos occasionem ac male de nobis loqui nec cuipiam simus offendiculo, ideo *praecidimus occasionem iis, qui cuperent* contra nos apprehendere *occasionem;* ideo cavemus, ut *nemini simus offendiculo, neque Iudaeis neque Gentilibus neque ecclesiae Dei; nec quaerimus id, quod nobis solis pro-*

4. *vetula nempe — lavit]* Glossema secundum Beelen. — *si liberos etc.]* I Tim. 5, 10.

V, 1. *a conspectu etc.]* Cf. Sirach 21, 2.

2. *in malis pos.]* Cf. I Joann. 5, 19. Beelen verba *corda — stabilita* glossema esse suspicatur; nec tamen in versione suppressit.

3. *praec. occasionem etc.]* II Cor. 11, 12. — *nemini etc.]* I Cor. 10, 32. 33. Cf. II Cor. 6, 3.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

dest, sed quod multis proficuum est, ut salventur; neque enim nos iuvat hoc, quod aliquis propter nos scandalum patiatur. 4. Caveamus igitur diligenter omni tempore, ne fratres nostros concutiamus et turbatam illis propinemus conscientiam per hoc, quod illis simus offendiculo. *Nam si propter cibum frater noster contristatur* aut offenditur aut infirmatur aut scandalizatur, *iam non secundum amorem Dei ambulamus. Propter cibum tuum tu eum perdis, pro quo Christus mortuus est. Dum sic peccatis in fratres vestros et conscientias eorum infirmas percutitis, in Christum ipsum peccatis. Si propter escam scandalizatur frater meus,* dicamus nos Christi fideles, *non manducabimus carnem in aeternum, ne fratrem nostrum scandalizemus.* 5. Ita namque sese gerit, quicumque veraciter Deum amat, quicumque veraciter *crucem suam portat* et *Christum induit* ac *proximum suum diligit;* qui cavet, ne cuipiam sit offendiculo, ne quis eius causa scandalizetur et moriatur, propterea quod assiduus sit cum adolescentulis et apud illas commoretur, id quod fas non est, in destructionen eorum, qui hoc vident et audiunt. 6. Mala istiusmodi agendi ratio scandalosa est et periculosa et mortifera, id quod Christianos non decet. *Beatus* autem *ille, qui* castitatis [servandae] causa cautus est et *pavidus omni in re.*

VI. Si vero contingat, ut eamus in locum, ubi non sint Christiani, et necessarium nobis sit ibidem per aliquot dies consistere, *sapientes simus sicut serpentes et simplices sicut columbae;* et ne simus *quasi insipientes, sed ut sapientes* in omni disciplina pietatis, ut Deus per Dominum nostrum Iesum Christum omni in re glorificetur per vitae nostrae rationem castam sanctamque. 2. *Sive manducamus, sive bibimus, sive*

4. *fratres etc.]* Cf. I Cor. 8, 12. — *nam etc.]* Rom. 14, 15. — *dum sic etc.]* I Cor. 8, 12. 13.
5. *ita — gerit]* Verbotenus: *haec enim omnia facit.* — *crucem s. p.]* Matth. 16, 24. — *Chr. induit]* Rom. 13, 14. Gal. 3, 27. — *proximum s. d.]* Matth. 5, 43; 19, 19. Rom. 11, 8. 9. Gal. 5, 14. Iac. 2, 8.
6. *mortifera]* Proprie: *morti proxima.* — *id — decet]* Glossa secundum Beelen. — *beatus etc.]* Prov. 28, 14.
VI, 1. *sapientes etc.]* Matth. 10, 16. — *quasi etc.]* Eph. 5, 15. 16.
2. *sive mand. etc.]* I Cor. 10, 31.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

aliud quid facimus, ad Dei gloriam faciamus. Omnes, qui vident nos, semen benedictum sanctumque *nos esse* et *filios Dei vivi* agnoscant in omni re, in omni sermone nostro, in pudore, in castitate, in humilitate, quippe qui neque Gentiles in ulla re imitemur neque ut fideles similes simus filiis hominum, sed quavis in re ab impiis alieni. 3. *Nec proicimus sanctum canibus nec margaritas ante porcos,* sed Dei laudes celebramus cum omnimoda disciplina et cum omni prudentia et cum omni timore Dei atque animi intentione. Cultum sacrum non exercemus ibi, ubi inebriantur Gentiles et verbis impuris in conviviis suis blasphemant in impietate sua. Propterea non psallimus Gentilibus neque Scripturas illis praelegimus, ut ne tibicinibus aut cantoribus aut hariolis similes simus, sicut multi, qui ita agunt et haec faciunt, ut buccella panis saturent sese, et propter modicum vini eunt et *cantant cantica Domini in terra aliena* Gentilium ac faciunt, quod non licet. 4. Vos non ita facietis, fratres; obsecramus vos, fratres, haec ne agantur apud vos, sed deponite illos, qui sic gerere sese volunt turpiter et abiecte. Haec non ita fieri oportet, fratres. Obsecramus autem vos, o iustitiae nostrae fratres, ut haec ita apud vos fiant quemadmodum apud nos, in exemplum scilicet tam eorum, qui crediderunt, quam et illorum, qui deinceps credituri sunt. 5. Ex Christi grege simus [ornati] omnimoda iustitia moribusque sanctissimis integerrimis, conversantes in rectitudine et sanctitate, ut decet fideles, et sectantes ea, quae laudabilia sunt et quae pudica et sancta et quae gloriosa et honorifica; et quaecumque usui sunt, haec instituite. Vos enim estis *gaudium nostrum et corona nostra* et spes nostra et vita nostra, *si statis in Domino.* Ita fiat.

— *omnes etc.]* Ies. 61, 9. — *fil. D. vivi]* Rom. 9, 26. Os. 1, 10. Cf. Philipp. 2, 15. — *hominibus]* sc. impiis seu improbis.

3. *nec etc.]* Matth. 7, 6. — *cultum s. n. exercemus]* Proprie: *non ministramus.* — *ubi]* i. e. ubi nulli commorantur Christiani. — *in impiet. s.]* Haec verba Beelen cum sequentibus coniunxit. — *cantant etc.]* Ps. 136, 4.

4. *deponite]* Proprie: *facite cessare.* — *iust. n. fratres]* i. e. vos, qui nobiscum gratiae iustificationis facti estis participes. — *apud vos . . ap. nos]* In codice: *apud nos . . ap. vos.*

5. *laudabilia etc.]* Cf. Philipp. 4, 8. — *gaudium etc.]* Philipp. 4, 1.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

VII. Consideremus nunc, fratres, et videamus, quomodo gesserint sese omnes patres iusti toto tempore incolatus vitae suae; investigemus atque inquiramus inde a lege usque ad novum testamentum. 2. Pulcrum quoque est atque utile, ut sciamus, quam multi viri et quinam perierint per mulieres, item quam multae feminae et quaenam perierint per viros, ex adsiduitate, qua adsidui erant apud invicem. 3. Porro etiam hoc indicabo, scilicet quam multi et quinam viri cum viris commorati sint toto vitae suae tempore et ad finem usque una permanserint in operationibus castis, immaculati.

VIII. Atque hoc ita esse manifestum notumque est. Ad Ioseph quod attinet fidelem, prudentem, sapientem, iustum, usquequaque timoratum, nonne casti sanctique illius [iuvenis] pulcritudinem mulier libidinose concupivit? Cumque ille libidinosam eius voluntatem perficere recusaret, haec falso testimonio virum iustum illum in summam afflictionem et miseriam proiecit, immo et in vitae discrimen. Deus autem eripuit eum ex omnibus malis, quae per infelicem illam mulierem illi supervenerant. 2. Videtis, fratres, quantas aerumnas iusto huic viro attulerit continuus aspectus corporis Aegyptiacae. Itaque ne assidui simus cum mulieribus aut cum adulescentulis. Hoc enim nequaquam prodest illis, qui *lumbos suos* volunt *succingere* veraciter. Sorores diligamus oportet in omni castitate et pudicitia et cum omni mentis continentia, in timore Dei, non assiduo cum illis commorantes nec quovis momento ad illas ingredientes.

IX. Nonne audivisti de Samson Naziraeo, *quocum erat spiritus Dei*, de viro illo robusto? Atqui virum illum, qui Naziraeus erat et Deo sacratus, fortis atque robustus, hunc mulier perdidit infelici suo corpore et prava libidine. Tune forte

VII, 3. *toto vitae s. temp. etc.]* Cf. I Clem. 63, 3.

VIII, 1. Cf. Gen. 39, 6—21; 41, 37 sqq. — *libidinosam vol.]* Proprie: *libidinem eius et voluntatem.* — *in v. discrimen]* Verbotenus: *usque ad mortem.*

2. *lumbos s. s.]* Luc. 12, 35. — *diligamus op. in o. cast.]* Cf. I Clem. 21, 7. 8.

IX, 1. *quocum etc.]* Iudic. 13, 25. — *mulier]* sc. Dalila. Cf. Iudic. 16.

talis es, qualis erat ille? Nosce te ipsum et nosce modum tuum. *Mulier maritata animas pretiosas praedatur.* 2. Quapropter nemini prorsus permittimus, ut commoretur apud maritatam, multo minus, ut quis cum sacrata Deo virgine cohabitet aut dormiat, ubi dormit illa, aut assiduus sit cum illa. Hoc enim aversandum et detestandum est ab iis, qui Deum timent.

X. Nonne erudit te id, quod accidit David, quem Deus *invenerat virum secundum cor suum,* hominem fidelem, perfectum, sanctum, firmum. Pulcritudinem inspectavit hic mulieris cuiuspiam, Bethsabae dico, cum videret eam mundantem sese et lavantem nudam. Vidit hanc mulierem vir sanctus, et reapse captus est per voluptatem [haustam] ex eius conspectu. 2. Animadvertite nunc, quanta mala fecerit illius mulieris causa: et peccavit iustus ille vir [cum Bethsaba] et mandatum dedit, ut maritus illius interficeretur in praelio. Vidistis, quot dolos malos struxerit et adhibuerit; et cupidine istius mulieris [accensus] homicidium patravit David, qui *unctus Domini* vocatus est. 3. Admonitus esto, o homo. Nam si tales tantique viri per mulieres perierunt, quaenam tandem tua virtus est aut quisnam tu inter sanctos, ut cum mulieribus aut cum adulescentulis converseris diu noctuque, cum multa ioculatione, absque timore Dei. 4. Non ita, fratres, non ita agamus secundum lapsum illorum, verum memores simus effati illius de muliere, quo dictum est: *Manus eius laqueos tendunt et cor eius retia pandit; iustus evadet ab illa, improbus autem in manus eius cadet.* Itaque nos sancti devitemus cohabitare cum feminis Deo sacratis. Neque enim decora est huiusmodi agendi ratio nec convenit servis Dei.

XI. Nonne legisti de Amnon et Thamar, liberis David? Amnon iste sororem suam appetebat eamque oppressit nec ei-

— *modum]* i. e. mensuram. Cf. Mar. ad Ign. 5, 2. — *mulier etc.]* Prov. 6, 26.
X, 1. *invenerat etc.]* Act. 13, 22. Cf. I Reg. 13, 14. Ps. 88, 21. — *pulcritudinem etc.]* Cf. II Reg. 11, 2—5.
2. Cf. II Reg. 11, 14—18. — *unctus Dom.]* II Reg. 19, 21. Ps. 17, 51.
4. *sec. laps. illorum]* Glossema secundum Beelen. — *manus etc.]* Eccles. 7, 27.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

dem pepercit, propterea quod turpi libidine eam concupivisset. Et improbus scelestusque evasit [Amnon] ob assiduam eius cum illa conversationem, quae non erat in timore Dei; et *foedam rem operatus est in Israel.* 2. Quapropter non convenit nobis nec decet nos conversari cum sororibus inter risus et petulantiam, sed cum omni verecundia ac castitate et in timore Dei.

XII. Nonne legisti de rebus gestis Salomon, filii David, cui Deus dederat sapientiam et scientiam et amplitudinem animi et divitias et gloriam maiora quam [ulli alii ex] omnibus hominibus. Atqui etiam ipse ille per mulieres periit et a Domino recessit.

XIII. Nonne legisti et nosti de senioribus illis in diebus Susannae, qui propterea, quod assidui erant cum mulieribus et alienam inspectabant pulcritudinem, in barathrum ceciderunt concupiscentiae; nec potuerunt in casta mente retinere sese, verum superati sunt a pravo suo animo, et adorti sunt beatam Susannam, ut eam vitiarent. Illa autem minime obtemperavit turpi istorum libidini, sed Deum invocavit, et eripuit eam Deus de manibus iniquorum senum istorum. 2. Nonne igitur commoveri nos oportet et timere ob hoc, quod senes illi, iudices et seniores populi Dei, honore suo exciderint propter mulierem? Scilicet recordati non sunt [Scripturae effati] illius, quo dictum est: *Alienam pulcritudinem ne inspectes;* aut illius: *Pulcritudo mulieris multos perdidit;* aut huius: *Cum muliere maritata ne sedeas;* aut rursus illius, quod dixit [Scriptura]: *Num est aliquis, qui ignem ponat in sinum suum et vestimenta sua non comburat?* aut huius: *Num incedat aliquis super ignem, quin pedes eius adurantur? Sic nemo, qui ad maritatam ingreditur, culpa vacabit nemoque evadet, qui ad illam appropinquat.* 3. Et rursus dixit [Scriptura]: *Pulcritudinem mulieris noli con-*

XI, 1. Cf. II Reg. 13, 1—16. — *foedam etc.]* Gen. 34, 7.

2. Sorores hic intellegendae sunt proprie dictae, non Christianae tantum.

XII. *dederat etc.]* Cf. III Reg. 3, 11—14; 4, 29—32. — *periit etc.]* Cf. III Reg. 11, 1—5.

XIII, 1. Cf. Dan. 13.

2. *alienam etc.]* Sirach. 9, 8. — *pulcritudo]* Sirach. 9, 9. — *cum mul.]* Sir. 9, 12. — *Num est]* Prov. 6, 27. — *Num incedat]* Prov. 6, 28. 29.

3. *pulcritudinem]* Prov. 6, 25. —

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

cupiscere, ut ne captivet te palpebris suis; et alibi: *Adulescentulam ne inspectes, ut ne pereas illius desiderio;* et: *Cum muliere, quae pulcre canit, noli esse assiduus;* et: *Qui stare sese existimat, videat, ne cadat.*

XIV. Sed iam videte, quid [S. Scripturae] itidem dixerint de prophetis, viris illis sanctissimis, et de apostolis Domini. Videamus, an eorum aliquis assiduus fuerit cum adulescentulis aut cum iunioribus maritatis aut cum talibus viduis, quas recusat divinus apostolus. Consideremus in timore Dei sanctorum illorum hominum vitae rationem. 2. Ecce de Moyse et Aaron scriptum invenimus, quod agerent et viverent cum viris, qui talem, qualem ipsi, vitae rationem sequerentur. Atque ita quoque [fecit] Iosue, filius Nun. Mulier aliqua cum ipsis non erat, verum soli, viri cum viris, sancte ministerium suum coram Deo obibant. 3. Neque hoc solum, sed et populum edocuerunt, ut, quotiescumque castra [loco] moverentur, unaquaeque tribus seorsum proficisceretur et mulieres seorsum cum mulieribus, utque hae incederent in extremo exercitu, viri autem [cum viris] seorsum secundum tribus suas. Et secundum mandatum Dei ad hunc modum proficiscebantur tamquam populus sapiens, ne quid turbationis fieret propter mulieres, quando castra movebantur. Pulcre ordinateque dispositi iter faciebant, sine scandalo. 4. Ecce, verbis meis testimonium reddit Scriptura sacra: Postquam transierunt Israëlitae mare Suph, *cantarunt Moyses et Israëlitae laudes Domini et dixerunt: Laudemus Dominum, quia magnopere est laudandus.* Et posteaquam Moyses cantare desiit, tunc *Maria, soror* Moysis et *Aaron, tympanum sumpsit in manus suas, egressaeque sunt mulieres*

adulescentulam] Sir. 9, 5. — *cum m.]* Sir. 9, 4. — *qui]* I Cor. 10, 12.

XIV, 1. *recusat]* Respicit auctor ad I Tim. 5, 11.

2. Quod Clemens hoc loco de Moyse, Aaron et Iosua memorat, id collegerit ex universa illorum virorum historia in S. Scriptura relata. Quodsi ad peculiarem aliquem locum respexerit, hunc me latere fateor. BEELEN.

3. Quod hic narrat auctor de mulieribus a viris separatis et in extremo exercitu incedentibus, iterum e S. Scriptura collegisse videtur. — *mandatum Dei]* Cf. Num. 2, 34.

4. *m. Suph]* i. e. mare rubrum. — *cantarunt]* Exod. 15, 1. — *Maria]* Exod. 15, 20.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States

Digitized by Google Original from HARVARD UNIVERSITY

omnes post eam, et cum illa [Dei laudes] decantarunt, mulieres cum mulieribus seorsum, aeque ac viri cum viris seorsum [illud fecerant]. 5. Rursus Elisaeum quoque et Giezi et filios prophetarum pariter invenimus habitasse in timore Dei nec habuisse feminas cohabitatrices. Micham omnesque prophetas pariter sic invenimus habitasse in timore Dei.

XV. Et ut ne longius producamus sermonem nostrum, quid dicamus de Domino nostro Iesu Christo? Ipse Dominus cum duodecim apostolis suis fuit assiduus, postquam in mundum prodiit. Neque solummodo hoc [fecit], sed et cum emitteret eos, *binos* simul *misit illos*, viros cum viris; mulieres autem non fuere missae cum illis; et neque in via neque domi cum mulieribus aut cum adulescentulis commorabantur; atque ita Deo usquequaque placuerunt. 2. Ipse Dominus Iesus Christus cum loqueretur cum illa Samaritana seorsum ad puteum, *discipuli eius advenerunt* inveneruntque illum cum illa colloquentem, *et mirati sunt, quod cum muliere esset et loqueretur* Iesus. Nonne ipse est regula illa non abolenda et exemplar omni humano generi? 3. Neque hoc solum est, sed et cum surrexisset Dominus noster a mortuis venissetque Maria ad sepulcrum, statim illa cecidit ad pedes Domini eumque adoravit volebatque apprehendere illum. Ipse autem dixit illi: *Noli me attingere; nondum enim adscendi ad patrem meum.* Nonne mirabile est de Domino, quod Mariae, feminae piissimae, non permiserit attingere pedes eius? 4. Tu autem habitas cum mulieribus, a mulieribus et ab adulescentulis ministraris, et dormis, ubi dormiunt illae, et lavant tibi pedes et ungunt te mulieres. Vae indecenti huic consilio! Vae incauto consilio! Vae audaciae illi

5. Cf. IV Reg. 8. — *filios]* i. e. discipulos prophetarum.

XV, 1. *in mundum]* Beelen interpretatur: *in publicum.* Sed veteres verbis *προελθεῖν εἰς τὸν κόσμον* incarnationem significaverunt. Cf. Hippol. c. Noet. c. 11 ed. Lagarde p. 51, 16: *ὃς προβὰς ἐν κόσμῳ ἐδείκνυτο παῖς θεοῦ,* c. 17, p. 55, 31: *προελθὼν εἰς κόσμον θεὸς ἐν σώματι ἐφανερώθη,* in Psalm. 2 Fragm. 126 p. 194 etc. Quae cum ita sint, verba potius hoc quam illo modo interpretanda sunt. — *binos]* Marc. 6, 7.

2. *discipuli etc.]* Ioann. 4, 27.

3. Cf. Ioann. 20, 11—16. — *noli]* Ioann. 20, 17.

4. *incauto . . impiae]* Verbotenus: quod (quae) est sine timore (sc. Dei).

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / Public Domain in the United States
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

et impiae stultitiae! [Ergo] tu te ipse non diiudicas? Tu te ipse non examinas? Tu te ipse ignoras et modum [virium tuarum]? 5. Haec fida sunt, haec vera et recta, hi limites, quos non mutant, qui recte in Domino conversantur. Multae quidem sanctae mulieres sanctis ministrarunt de bonis suis, veluti Sulamita illa ministravit Elisaeo; sed haec cum eo non habitabat, verum habitabat propheta seorsum in domo. Et cum mortuus esset istius filius, haec volebat proicere sese ad pedes prophetae, verum non permisit illi [hoc facere] servus eius, sed prohibuit eam. Dixit autem Elisaeus servo suo: *Sine illam, nam anima eius amaritudine affecta est.* Ex his igitur intellegere debemus illorum [sanctorum virorum] vivendi rationem. 6. Iesu Christo Domino nostro mulieres de bonis suis ministrabant, sed non habitabant cum illo. Apostolis quoque et Paulo mulieres ministrasse invenimus, sed hi cum illis non habitabant, verum pudice et caste et immaculate coram Deo conversati sunt *cursumque* suum *consummarunt* et acceperunt *coronam* suam *a Domino* Deo omnipotenti.

XVI. Quae cum ita sint, petimus a vobis, o fratres nostri in Domino, ut haec observentur apud vos sicuti apud nos, utque *eadem sentiamus*, quo unum simus nos in vobis, et unum sitis vos in nobis, atque omni in re simus omnes *anima una et cor unum* in Domino. 2. Audit nos, quicumque novit Dominum; sed quicumque *ex Deo non est, non audit nos.* Is, qui veraciter vult servare castitatem, audit nos; et virgo, quae veraciter vult servare virginitatem, audit nos; sed ea, quae non veraciter servat virginitatem, non audit nos.

3. Quod superest, valete in Domino et *gaudete in Domino*

5. *hi limites etc.]* Cf. Prov. 22, 28. Ep. ad Diogn. 11, 5. — *Sulamita]* Cf. IV Reg. 4. — *sine illam etc.]* IV Reg. 4, 27.

6. *Iesu Christo etc.]* Cf. Luc. 8, 2. 3. — *apostolis]* Cf. I Cor. 9, 5. — *immaculate c. Deo conv.]* Cf. Act. 23, 1. — *cursumque cons. etc.]* Philipp. 4, 8. — *Dom. Deo omnipotenti]* Paulus scripsit: ὁ κύριος, . . ὁ δίκαιος κριτής.

XVI, 1. *eadem sentiamus]* II Cor. 13, 11. Philipp. 2, 2; 3, 16. Cf. Herm. Sim. IX c. 13, 7. — *unum simus etc.]* Cf. Ioann. 17, 22. 23. — *anima una etc.]* Act. 4, 32.

2. *ex Deo]* Ioann. 8, 47.

3. *gaudete in Dom.]* Philipp. 4, 4.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / Public Domain in the United States https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

omnes sancti. *Pax* et gaudium sit *vobiscum a Deo patre* per *Iesum Christum Dominum nostrum.* Amen.

Explicit epistula secunda Clementis discipuli Petri.
Preces eius nos adiuvent. Amen.

— *pax etc.]* Verba in epistulis Pauli apostoli usitatissima. Tantummodo pro *gaudium* S. Scriptura exhibet *gratia* et *et Domino n. I. Chr.* pro *per I. Chr. Dom. nostrum.* Cf. Rom. 1, 3. I Cor. 1, 3. II Cor. 1, 2. Gal. 1, 3 etc.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States

Digitized by Google
Original from
HARVARD UNIVERSITY

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ ΠΑΠΑ ΡΩΜΗΣ.

I. Τρίτον τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας προέστη Κλήμης, ὃς τῇ ἐπιστήμῃ τοῦ ἀποστόλου Πέτρου ἀκολουθήσας οὕτω τοῖς τῶν τρόπων κόσμοις διέπρεπεν, ὥστε καὶ Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησι καὶ πᾶσι τοῖς Χριστιανῶν λαοῖς εὐαρεστεῖν. 2. Ἠγάπων μὲν αὐτὸν οἱ Ἕλληνες, ἐπειδὴ οὐ βδελυττόμενος, ἀλλ' ἀπολογούμενος ἐκ τῶν παρ' αὐτοῖς βίβλων τε καὶ τελετῶν ἀπεδείκνυεν, ποῦ τε γεγένηνται καὶ πόθεν ὥρμηντο οἱ παρ' αὐτοῖς νομιζόμενοι καὶ λατρευόμενοι θεοί, ἅ τε πεπράχασιν, πῶς τε αὖθις κατέληξαν, φανωτάταις ἀποδείξεσιν παρίστη· αὐτούς τε τοὺς Ἕλληνας ἐδίδασκεν συγχωρήσεως παρὰ τοῦ θεοῦ τυχεῖν, εἴπερ τῆς ἐκείνων λατρείας ἀπόσχοιντο.

II. Παρὰ δὲ Ἰουδαίοις τοιούτῳ τρόπῳ χάριν ἐπορίζετο, ἐπειδὴ τοὺς πατέρας αὐτῶν φίλους τοῦ θεοῦ ἀπεδείκνυεν, τόν τε νόμον ἅγιον καὶ ἱερώτατον ἀπέφαινεν, καὶ πρῶτον τὸν τόπον τῆς Παλαιστίνης παρὰ τῷ θεῷ κληροῦσθαι, εἴπερ τοῦ ἰδίου νόμου τὰ μυστήρια τηρήσαιεν τῷ τε τὴν ἐπαγγελίαν πρὸς Ἀβραὰμ μὴ ἀρνεῖσθαι εἰς τὸν Χριστὸν πεπληρῶσθαι· 2. διότι ἐν τῷ σπέρματι

I, 1. Primum versum et inscriptionem dedi cum Cotelerio, qui quidem ex libris manuscriptis se hausisse profitetur, libros ipsos autem non indicat. Codices, quos ego inspexi quosque Dressel contulit nec non duo eorum, quos Cotelerius ipse adhibuit, inscriptione carent, quippe qui Martyrium cum Epitome conglutinent, et post verba *τὸ διὰ μαρτυρίου τέλος* vel finem Epitomes haec exhibent: *τρίτος* (vel *δεύτερος*) *γὰρ ἀπὸ Πέτρου τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἀριθμούμενος πρόεδρος, τὴν τοῦ διδασκάλου ἐπιστήμην ἀκριβωσάμενος καὶ τοῖς αὐτοῦ ἴχνεσιν ἀπαρατρέπτως ἑπόμενος, πεπληρωμένος τε θείας σοφίας καὶ χάριτος οὕτω τοῖς τρόποις ἐκεκόσμητο καὶ διέλαμπεν* (*διέλαμψεν*),

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

MARTYRIUM S. CLEMENTIS PAPAE ROMAE.

I. Tertius Romanae ecclesiae praefuit Clemens, qui disciplinam apostoli Petri secutus ita morum ornamentis excelluit, ut et Iudaeis et Gentilibus et omni christianae plebi gratus acceptusque esset. 2. Diligebant quidem eum Gentiles, quia non exsecrans, sed rationem reddens ex eorum libris, mysteriis et caeremoniis ostendebat, ubi nati essent undeque prodiissent ii, quos deos putarent et colerent, quaenam etiam egissent utque postea desiissent, evidentissimis documentis adstruebat ipsosque Gentiles veniam a Deo consecutum iri docebat, si ab illorum cultu abstinerent.

II. Apud Iudaeos autem hoc modo sibi gratiam comparabat, quandoquidem patres eorum demonstrabat amicos Dei exstitisse declarabatque legem eorum sanctam esse et sacratissimam eosque primum Palaestinae locum apud Deum accepturos, si legis suae sacramenta servarent, minimeque negando factam Abrahae promissionem completam fuisse in Christo, 2. quod in semine Abrahae

ὥστε πᾶσι πάντα γενόμενος (γιν. al. καὶ διέλαμπεν — γενόμενος om R) τοῦ σώζεσθαι πάντας ἕνεκα, Ἰουδαίοις τε καὶ (καὶ) Ἕλλησι καὶ τοῖς Χριστιανῶν λαοῖς πᾶσιν εὐαρεστεῖν (εὐεργετεῖν R) ὑπὸ πάντων τε ἀγαπώμενος πάντας τῇ εἰς Χριστὸν ἀγάπῃ συνδεῖν ἐποιεῖτο σπουδήν. Ἠγάπων μὲν (ἠγαπῶμεν R) γὰρ αὐτὸν κτλ.

2. 7. οὐ βδελυττόμενος: οὐδὲ λυττόμενος (sic) D | 9. καὶ λατρευόμενοι om M O R

II, 1. 16. τὸν p. πρῶτον om M | 16 sq. τῆς Παλαιστίνης c. MOPRV, cf. recens. Martyrii Epitome priori adiuncti (Dressel p. 100, Cotel. Clericus ed. 1724 p. 799): τούτους Cot cum uno vel altero cod | 18. τηρ. τῷ τε c. MO : τηρήσοιεν ἐν τῷ PRV

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / Public Domain in the United States
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

Ἀβραὰμ κληροδοτεῖν ὁ θεὸς καθυπέσχετο πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ὅπερ εἶπεν πρὸς Δαυίδ· *Ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τοῦ θρόνου σου*· καὶ αὖθις διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, ὅτι *ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται καὶ τέξεται υἱὸν καὶ κληθήσεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ*.

III. Παρὰ δὲ Χριστιανοῖς διὰ τοῦτο καὶ μᾶλλον ἠγαπᾶτο, ἐπειδὴ τοὺς καθ' ἕκαστον ῥεγεῶνα πένητας κατ' ὄνομα εἶχεν γεγραμμένους, καὶ οὓς τῷ τοῦ βαπτίσματος ἁγιασμῷ ἐφώτιζεν, οὐ συνεχώρει δημοσίαν ἀπαίτησιν ὑπελθεῖν. 2. Τῷ δὲ καθ' ἡμέραν κηρύγματι τούς τε μετρίους καὶ πλουσίους ἐνουτέθει τοῦ μὴ ἀνέχεσθαι τοὺς πένητας παρὰ Ἰουδαίων ἢ Ἑλλήνων δημοσίᾳ ὄψα λαμβάνειν καὶ βίον τῇ τοῦ βαπτίσματος καθιερώσει κεκαθαρμένον χαρίσμασιν Ἑλλήνων χραίνεσθαι.

IV. Τούτοις καὶ τούτων πλείοσιν ἀνδραγαθίας ἄνθεσιν τῷ τε θεῷ καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐχέφροσιν εὐηρέστει· τοῖς γὰρ ἀλογίστοις ἀρέσκειν ἀδύνατον, ὅπερ τῷ θεῷ εὐάρεστον ἀποδείκνυται. 2. Τούτου οὖν ἕνεκεν οὐκ ἐφοβήθησαν τὰς ὕβρεις τῶν ἀλογίστων ἀνθρώπων ἐκεῖνοι, οἷς ἡ γνώμη ἐτύγχανεν τοὺς ἀπαρεσκομένους πλείστους ὄντας μὴ δειλιᾶν. Ὅτου χάριν περιῆν τῷ μακαριωτάτῳ Κλήμεντι τῷ τοῦ θρόνου Ῥωμαίων ἐπισκόπῳ Σισίννιον τὸν φίλον τοῦ βασιλέως Νέρουα μὴ φοβεῖσθαι.

V. Ἐπειδὴ τοίνυν τῇ αὐτοῦ διδασκαλίᾳ ἡ γυνὴ Σισιννίου Θεοδώρα πιστεύσασα πρὸς θεὸν σπουδαίαν ἐτέλει τὴν λειτουργίαν, ταύτην ὁ ἀνὴρ ζηλοτυπήσας παγιδεῦσαι κατηγωνίζετο πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ἀπιοῦσαν. 2. Καὶ δὴ εἰσελθούσης ἐκεῖνος δι' ἑτέρας εἰσόδου καταφθάσας ἤρξατο πολυπραγμονεῖν· ἡνίκα δὲ παρὰ τοῦ ἁγίου Κλήμεντος εὐχὴ γέγονεν, τοῦ λαοῦ εἰρηκότος τὸ ἀμήν, ὁ Σισίννιος τυφλός τε καὶ κωφὸς ἀπετελέσθη τοῦ μήτε ὁρᾶν μήτε ἀκούειν δύνασθαι. 3. Τότε λέγει τοῖς δούλοις αὐτοῦ· Λάβετέ με καὶ ἐξαγάγετε ἔξω, ὅτι οἱ ὀφθαλμοί μου τυφλοὶ γεγόνασιν καὶ αἱ ἀκοαί μου εἰς τοσοῦτον ἐκωφώθησαν, ὅτι οὐδὲ τὸ σύνολον ἀκούειν δύναμαι.

VI. Τότε οἱ παῖδες αὐτοῦ λαβόντες αὐτὸν περιῆγον δι' ὅλης τῆς ἐκκλησίας ἐν μέσῳ τοῦ εὐχομένου λαοῦ ἀνδρῶν τε καὶ γυ-

2. 2. *πρὸς* om MO | 3. *τὸν θρόνον* MO — *ἐκ καρποῦ κτλ.*] Ps. 131, 11. — *ἡ παρθένος κτλ.*] Ies. 7, 14. III, 1. 7. *ῥεγεῶνας* P — *καθ' ἕκ.*

promisisset Deus cunctas gentes haereditate donare, completum quoque illud quod ad David dixit: *De fructu ventris tui ponam super sedem tuam;* iterumque per Iesaiam prophetam, quod *virgo in utero concipiet et pariet filium et vocabitur nomen eius Emmanuel.*

panis est enim immortalitatis et poculum vitae aeternae. Omnis ipsius sum et ad ipsum extendo mentem meam et despicio tua tormenta et gloriam tuam respuo. 5. Traianus dixit: Quoniam superbus est et contemptor, alligantes eum duos leones ad eum laxate, qui nec reliquias eius dimittant. 6. At ubi dimissae sunt ad eum bestiae, videns eas sanctus Dei dixit ad populum: Viri Romani, qui hoc certamen spectatis, non sine causa laboravi, non propter pravitatem haec patior, sed propter pietatem; triticum enim sum Dei et dentibus bestiarum molar, ut panis mundus efficiar. 7. Haec audiens Traianus magna iracundia repletus est dicens: Grandis tolerantia in Christum credentium. Quis Graecorum aut barbarorum tanta toleraret pati pro deo suo, quanta iste pro illo, in quem credit, patitur? 8. Ignatius dixit: Non humana virtute tanta toleravi, sed sola promptanimitate et fide attrahente et adiutorio Christi. 9. Et haec illo dicente accurrerunt ad eum duo leones et ex utraque parte superincidentes praefocaverunt eum tantummodo et non tetigerunt carnes eius, ut reliquiae eius tuitio essent Romanorum magnae urbi, in qua Petrus crucifixus est et Paulus decollatus et Onesimus lapidatus.

XIII. Traianus vero exsurgens admiratione perculsus discessit. 2. Venerunt autem ei scripta a Plinio Secundo duce permoto super multitudinem quae facta fuerat martyrum pro fide interemptorum, in quibus nihil omnino sceleris deprehenderetur admissum aut aliquid contrarium legibus gestum praeter hoc solum, quod ante lucem surgentes causa Christi Dei hymnos canebant, adulteria vero vel cetera huiusmodi crimina abominabantur et omnia agebant legibus convenientia. 3. Traianus

6. 6. *Dei* om G | 7. *spectatis* c. B: *expectatis* A C D G | 8. *laboravi:* add *quia* D

7. 11. *tolerantia:* add *est* A | 13. *pati* om D

8. 14 sq. *sola — adiutorio* c. B C D (hic om *attrahente*) G: *auxiliante et adtrahente fide et auxilio* A

9. 16. *duo* om A | 17. *superinc.* c. A: *super eum incidentes* B C D G | *et* om D | 18. *carnem* D | 19. *magnae:* praem *et* A G | 20. *Onesimus: honesimus* A, *oenesimus* D

XIII, 1. 21. *vero* om A | *surgens* G | *admiratione* c. C D G: praem *et* A, *cum* B

2. 23. *martyrum:* add *et* A | 25. *leg. contrarium* A | 27. *canebant: dicebant* A

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / Public Domain in the United States
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

vero his auditis paenisus de his, quae in beatum et sanctum Ignatium ingesserat (erat enim propugnator ceterorum martyrum), tale decretum proposuit, ut Christianorum quidem genus non inquireretur, si quis tamen incideret, puniretur. Corpus autem sancti Ignatii iussit, ut, si quis vellet tollere ad sepeliendum, non vetaretur. 4. Qui autem Romae fuerunt fratres, qui eum et usque ad martyrium deduxerant, quibus et commendaverat, non dubitaverunt corpus tollere eius, et deposuerunt illud ibi, ubi licebat congregari et collaudare Deum et Dominum nostrum Iesum Christum filium eius in sancto spiritu. Pro consummatione vero sancti episcopi et martyris fecerunt ei memoriam cum laude.

XIV. Novit autem martyrium eius etiam Irenaeus, Lugduni episcopus, et epistolarum eius meminit dicens: Sicut quidam nostrorum ait, propter martyrium secundum Deum ad bestias damnatus: Quoniam triticum sum Dei, bestiarum dentibus molar, ut panis mundus inveniar. 2. Sed et Polycarpus episcopus Smyrnaeorum meminit eius, Philippensibus scribens ac dicens: Rogo igitur omnes vos oboedientiae operam dare et meditari patientiam, quam occulata fide vidistis non solum in beatis illis, Ignatio et Rufo et Zosimo, sed et in aliis, qui ex vobis sunt, et in ipso Paulo et ceteris, qui cum eo crediderunt, quoniam hi omnes ***non in vacuum cucurrerunt,*** sed in fide et iustitia et in debitum sibi a Domino locum abierunt et ad eum,

3. 1. *paenisus* c. A: *paenitens* B C D E, *paenituit* G | *in beato . . sancto Ignatio* A D G | 2. *gesserat* A | *pugnator* C | *ceterorum prop.* A | 3. *tale*: praem *et* G

4. 7. *martyrium: mortem* B | *deduxerunt* D | 7 sq. *qu. et commendaverat* om B C | 8. *corp. eius tollere* D, *toll. corp. eius* G | 9. *et* pr: *sed* C | *collaudari* A | 10. *sancto sp.* c. A: *spir. s.* B C D G | 12. *laude:* D add *huius egregii martyris beatus quoque Eusebius digna cum laude meminit in libro ecclesiasticae historiae tertio ita dicens: In nostra quoque tempora famae* etc. Locum (cf. Eus. H. E. III c. 36) non exscribo. Finis hic est: *qui et tangentes eum crediderunt.*

XIV, 1. 13. *Hireneus* A, *Hyr.* B C D G | 13 sq. *Lugduni* c. B C: *Lugdune civitatis* D, *Lugdunensis* A G | 14. *epistolarum* etc.: D fere totum caput haud parum mutatum et magis verba Eusebii H. E. III c. 36 vel Rufini quam martyrologi exhibet. | 15 sq. *ad b.: bestiis* B, *a bestiis* C | 16. *dampnandus* B C

2. 17. *sed: sic* B C | 18. *episcopus* om B C | 21. *illis beatis* A | 24. *in*

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

cui commortui sunt. Non enim ***praesens saeculum dilexerunt,*** sed eum, qui pro nobis mortuus est Christum et a Deo resuscitatus. 3. Et iterum: Habetis epistolas Ignatii, quae transmissae sunt vobis ab eo, et alias, quantascunque invenimus apud nos; misimus vobis secundum quod petistis, quae sunt subiunctae huic epistolae, ex quibus magne iuvamini. Continent namque fidem et patientiam, quae est in Domino nostro.

4. Passus est autem consulatu Attici et Marcelli Kalendis Februarii, quo die etiam memoria eius a fidelibus solemniter celebratur.

debitum: ad d. B | 2. *mortui* A | 2 sq. *resuscitatus:* add *est* A

3. 5. *nos: nostras* A | *misimus: transmisimus* B C | 6. *magne: magno* B C — Noto, librarium codicis D hunc versum ita cum Eusebio incipere: *Et post pauca subiungit: Scripsistis mihi, ut si quis vadet* etc., et finire his verbis: *Hactenus Irenaeus.*

4. 9. *Februariis* A | 10. *celebratur:* add *explicit passio sancti Ignatii martyris* A (characteribus rubris, om *martyris*) B (charact. nigris), hic insuper addit char. rubris: *explicit passio s. Ignatii martyris Christi,* Bollandistae e Ms. Burgundico add *sed translatio corporis eius non minori obsequio decimo sexto Cal. Ianuar. recolitur praestante Domino nostro Iesu Christo, qui vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.*

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΕΡΟΜΑΡΤΥΡΟΣ ΙΓΝΑΤΙΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΦΟΡΟΥ.

I. Ἄρτι διαδεξαμένου τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν Τραϊανοῦ Ἰγνάτιος, ὁ τοῦ ἀποστόλου Ἰωάννου μαθητής, ἀνὴρ ἐν τοῖς πᾶσιν ἀποστολικός, ἐκυβέρνα τὴν ἐκκλησίαν Ἀντιοχέων, ὃς τοὺς πάλαι χειμῶνας μόλις παραγαγὼν τῶν πολλῶν ἐπὶ Δομετιανοῦ διωγμῶν, καθάπερ κυβερνήτης ἀγαθὸς τῷ οἴακι τῆς προσευχῆς καὶ τῆς νηστείας, τῇ συνεχείᾳ τῆς διδασκαλίας, τῷ τόνῳ τῷ πνευματικῷ πρὸς τὴν ζάλην τῆς ἀντικειμένης ἀντεῖχεν δυνάμεως, δεδοικώς, μή τινα τῶν ὀλιγοψύχων ἢ ἀκεραιοτέρων ἀποβάλῃ. 2. Τοιγαροῦν ηὐφραίνετο μὲν ἐπὶ τῷ τῆς ἐκκλησίας ἀσαλεύτῳ, λωφήσαντος πρὸς ὀλίγον τοῦ διωγμοῦ, ἤσχαλλεν δὲ καθ' ἑαυτὸν ὡς μήπω τῆς ὄντως εἰς Χριστὸν ἀγάπης ἐφαψάμενος μηδὲ τῆς τελείας τοῦ μαθητοῦ τάξεως. Ἐνενόει γὰρ τὴν διὰ μαρτυρίου γινομένην ὁμολογίαν πλέον αὐτὸν προσοικειοῦσαν τῷ κυρίῳ. 3. Ὅθεν ἔτεσιν ὀλίγοις ἔτι παραμένων τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ λύχνου δίκην θεϊκοῦ τὴν ἑκάστου φωτίζων διάνοιαν διὰ τῆς τῶν γραφῶν ἐξηγήσεως, ἐπετύγχανεν τῶν κατ' εὐχήν.

II. Τραϊανοῦ γὰρ μετὰ ταῦτα ἐννάτῳ ἔτει τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἐπαρθέντος ἐπὶ τῇ νίκῃ τῇ κατὰ Σκυθῶν καὶ Δακῶν καὶ ἑτέρων πολλῶν ἐθνῶν, καὶ νομίσαντος ἔτι λείπειν αὐτῷ πρὸς πᾶσαν ὑποταγὴν τὸ τῶν Χριστιανῶν θεοσεβὲς σύστημα, καὶ εἰ μὴ τὴν τῶν δαιμόνων ἕλοιτο λατρείαν μετὰ πάντων ὑπεισιέναι τῶν ἐθνῶν, διωγμὸν ὑπομένειν ἀπειλήσαντος, πάντας τοὺς εὐσεβῶς ζῶντας ἢ θύειν ἢ τελευτᾶν κατηνάγκαζεν. 2. Τότε τοίνυν φο-

Tit. *Μαρτύριον κτλ.* G M : *martyrium sancti Ignatii episcopi Antiochiae Syriae* L, *martyrium s. Ignatii imperante Traiano* (*in regno Traiani*) *in Roma urbe* S

I, 1. 3. *ἀποστόλου* G : add *evangelistae* S A, *et evang.* L B | *ἐν* L B S (A) : *ἦν* G | 4. *ἐκυβέρνα* L (A B) : *καὶ ἐκ.* G (S) | *Ἀντιοχέων* L B (A S) : add *ἐπιμελῶς* G | *ὃς* L (A ?) : *et* S, om G | 7. *τῇ* L : *καὶ τῇ* G | *τόνῳ* G L : *πόνῳ* A B (S) | *πνευματικῷ* L A B (S) : *πνεύματι* G | 8. *τῆς ἀντ. ἀντ. δυνάμεως* L (B S) : *τὴν ἀντικειμένην ἀντεῖχεν* G — *ἄρτι διαδεξαμένου κτλ.*] Nerva, cui Traianus successit, 25. vel 27. die Ianuarii anni 98 mortuus est. — *Ἰωάννου μαθητής*] Cf. Prolegomena. — *ἀποστολικός*] Cf. Mart. Polyc. 17, 2. — *πολλῶν ἐπὶ Δ. διωγμῶν*] Cf.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States

Digitized by Google Original from HARVARD UNIVERSITY

MARTYRIUM SANCTI HIEROMARTYRIS IGNATII THEOPHORI.

I. Cum non ita pridem imperium Romanorum excepisset Traianus, Ignatius, apostoli Ioannis discipulus, vir in omnibus apostolicus, ecclesiam Antiochenorum regebat, qui, cum veteres procellas multarum sub Domitiano persecutionum aegre praeteriisset, quippe qui instar boni gubernatoris gubernaculo precum ac ieiunii, assiduitate docendi, perpetua contentione spiritus tempestati restitit contrariae potestatis, veritus, ne quem timidiorum aut simpliciorum amitteret. 2. Quamobrem gaudebat quidem ecclesiae tranquillitate, quiescente ad breve tempus persecutione, dolebat autem animo, quod nondum veram erga Christum caritatem neque perfectum discipuli ordinem esset assecutus. Reputabat enim animo, fore confessione, quae per martyrium fit, ut ipse similior fieret Christo. 3. Unde paucis annis adhuc in ecclesia moratus et divinae instar lucernae intellectum cuiusque interpretatione scripturarum illustrans votorum suorum compos factus est.

II. Posthaec enim Traianus, nono imperii sui anno, victoria de Scythis et Dacis aliisque multis gentibus reportata elatus, ad subiectionem omnium sibi adhuc pium Christianorum coetum deesse ratus, persecutionemque, nisi daemonum cultum cum omnibus gentibus amplecterentur, minatus, omnes religiose viventes aut sacrificare aut mori cogebat. 2. Tum vero pro Antio-

I Clem. 1, 1.

2. 10. *λοφήσαντος* G | 13. *γινομένην* G (B S) : om L — *μηδὲ τ. τ. τ. μαθητοῦ τ.*] Cf. Ign. Trall. 5, 2; Rom. 4, 2; 5, 3.

3. 15. *καὶ* om S (B) | 16. *γραφῶν* L B S : *θείων γρ.* G (A)

II, 1. 18. *γὰρ* G L A : *vero* B S | *ἐννάτῳ* : *quarto* L (IV pro IX) | 19. *Δακῶν* : *Thraces* L | 20. *πολλῶν* G S : add *et diversas* L | 21. *καὶ* G : om L S A B | 22. *τῶν δ.* : *daemoniacam* L | *ἕλοιτο* G : *cogeret* L S A (B) | 23. *διωγμὸν ὑπ. ἀπειλ.* om B | *ὑπομένειν* G : om L, S A ? | *ἀπειλήσαντος* G : *comminans* L | *πάντας* L S A B : *ὁ φόβος π.* G | 23/24. *τοὺς εὐσ. ζῶντας* G : *αὐτοὺς εὐσεβεῖς ὄντας* L — *Σκυθῶν καὶ Δακῶν*] Similiter Eusebius Chron. a. Abr. 2117: Traianus de Dacis et Scythis triumphavit. Dacis Traianus bellum intulit primo annis 101—103, secundo annis 105—106 vel 107.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

βηθεὶς ὑπὲρ τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας ὁ γενναῖος τοῦ Χριστοῦ στρατιώτης ἑκουσίως ἤγετο πρὸς Τραϊανόν, διάγοντα μὲν κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν, σπουδάζοντα δὲ ἐπὶ Ἀρμενίαν καὶ Πάρθους. 3. Ὡς δὲ κατὰ πρόσωπον ἔστη Τραϊανοῦ τοῦ βασιλέως, Τραϊανὸς εἶπεν· Τίς εἶ, κακόδαιμον, τὰς ἡμετέρας σπουδάζων διατάξεις ὑπερβαίνειν μετὰ τοῦ καὶ ἑτέρους ἀναπείθειν, ἵνα κακῶς ἀπολοῦνται; Ἰγνάτιος εἶπεν· Οὐδεὶς θεοφόρον ἀποκαλεῖ κακοδαίμονα· ἀφεστήκασι γὰρ μακρὰν ἀπὸ τῶν δούλων τοῦ θεοῦ τὰ δαιμόνια. Εἰ δέ, ὅτι τούτοις ἐπαχθής εἰμι, κακόν με πρὸς τοὺς δαίμονας ἀποκαλεῖς, συνομολογῶ· Χριστὸν γὰρ ἔχων ἐπουράνιον βασιλέα τὰς τούτων καταλύω ἐπιβουλάς. 4. Τραϊανὸς εἶπεν· Καὶ τίς ἐστιν θεοφόρος; Ἰγνάτιος ἀπεκρίνατο· Ὁ Χριστὸν ἔχων ἐν στέρνοις. Τραϊανὸς εἶπεν· Ἡμεῖς οὖν σοι δοκοῦμεν κατὰ νοῦν μὴ ἔχειν θεούς, οἷς καὶ χρώμεθα συμμάχοις πρὸς τοὺς πολεμίους; Ἰγνάτιος εἶπεν· Τὰ δαιμόνια τῶν ἐθνῶν θεοὺς προσαγορεύεις πλανώμενος· εἷς γὰρ ἔστιν θεός, ὁ *ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς*, καὶ εἷς Χριστὸς Ἰησοῦς, ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ μονογενής, οὗ τῆς φιλίας ὀναίμην. 5. Τραϊανὸς εἶπεν· Τὸν σταυρωθέντα λέγεις ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου; Ἰγνάτιος εἶπεν· Τὸν ἀνασταυρώσαντα τὴν ἁμαρτίαν μετὰ τοῦ ταύτης εὑρετοῦ καὶ πᾶσαν καταδικάσαντα δαιμονικὴν κακίαν ὑπὸ τοὺς πόδας τῶν αὐτὸν ἐν καρδίᾳ φορούντων. 6. Τραϊανὸς εἶπεν· Σὺ οὖν ἐν ἑαυτῷ φέρεις τὸν Χριστόν; Ἰγνάτιος εἶπεν· Ναί· γέγραπται γάρ· *Ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσω.* 7. Τραϊανὸς ἀπεφήνατο· Ἰγνάτιον προσετάξαμεν, τὸν ἐν ἑαυτῷ λέγοντα περιφέρειν τὸν ἐσταυρωμένον, δέσμιον ὑπὸ στρατιωτῶν γενόμενον ἄγεσθαι παρὰ τὴν μεγάλην Ῥώμην, βρῶμα γενησόμενον θηρίων εἰς ὄψιν καὶ εἰς τέρψιν τοῦ δήμου. 8. Ταύτης ὁ ἅγιος

2. 2. *στρατιώτης* G L : add *Ignatius* A B (S ?) — *ἑκουσίως διάγοντα κτλ.*] Pro certo haberi potest, Traianum nonnisi unam expeditionem in Orientem instituisse et Romam autumno anni 113 vel anno imperii XVI reliquisse. Cf. Lightfoot II, 405–416. Martyrium autem 2, 1 de anno IX loquitur.

3. 5. *τοῦ βασ.* om S (A) | *Τραϊανὸς εἶπεν* L B (S A) : om G Lightf. | *εἶ*: *est* L | 6. *μετὰ τοῦ* L : *μ. τὸ* G | 8. *μακρὰν* L B S : om G, A ? | 9. *κακόν*: *καὶ κ.* G — *θεοφόρον*] Vox, voci *κακοδαίμων* opposita, respectu nominis Ignatii alterius quidem adhibetur, non autem, ut contextus docet, tanquam nomen proprium, sed ad significandum Christianum.

4. 13/19. *Τραϊανὸς — ὀναίμην* : A

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

chena ecclesia pertimescens generosus Christi miles sponte ductus est ad Traianum, qui eo tempore Antiochiae quidem morabatur, sed contra Armeniam et Parthos ire festinabat. 3. Ut vero in conspectu Traiani imperatoris stetit: Quis es, inquit, o cacodaemon, qui nostra mandata transgredi eniteris, simulque aliis suades, ut male pereant. Ignatius respondit: Nemo gestatorem Dei vocat cacodaemonem; abscesserunt enim longe daemonia a servis Dei. Sin vero, quia iis infestus sum, me malum in daemonas vocas, assentior. Cum enim habeam Christum caelestem regem, insidias illorum dissolvo. 4. At Traianus: Quis est, ait, gestator Dei? Ignatius respondit: Is, qui habet Christum in pectore. Tum Traianus: Annon videmur tibi, inquit, et nos in animo gestare deos nostros, quibus adversus hostes adiutoribus utimur? Ignatius respondit: Daemonia gentium errans vocas deos; est enim unus Deus, ***qui caelum et terram et mare et omnia, quae sunt in iis, fecit;*** et unus Christus Iesus, filius eius unigenitus, cuius amicitia utinam fruar! 5. Traianus dixit: Illum dicis, qui sub Pontio Pilato crucifixus est? Ignatius respondit: Eum, qui in crucem sustulit peccatum cum eius inventore et omnem daemoniacam malitiam damnans subiecit pedibus eorum, qui ipsum in corde gerunt. 6. At Traianus: Ergo, ait, geris in te Christum? Ignatius respondit: Immo; scriptum enim est: ***Habitabo et ambulabo inter eos.*** 7. Traianus sententiam tulit: Ignatium, qui in se ipso circumferre crucifixum contendit, iussimus in vincula a militibus coniectum abduci Romam magnam, ut sit pastus ferarum in spectaculum et in delectationem populi. 8. Sententiam hanc cum sanctus martyr

hic aberrat et c. 7—35 longiores sermones inserit, quos Traianus senatusque Romanus et Ignatius inter se fecerunt et de variis tormentis agit, quibus s. martyr cruciatus est, vel eadem fere exhibet, quae in Martyrio Vaticano c. 2—10 supra p. 220—240 leguntur | 18. *αὐτοῦ* L S B : *τοῦ θεοῦ* G | *φιλίας* L B (*amicitia*) S A (*amoris*) Lightf. : *βασιλείας* G cf. M — *ὁ ποιήσας κτλ.*] Ps. 145, 6; Act. 14, 14.

5. 20. *τὴν* L S A B M : add *ἐμὴν* G | 21. *δαιμονικὴν* L S A : add *πλάνην καὶ* G

6. 23. *φέρεις* G : *φορεῖς* Lightf. | *Χριστὸν* L S A B M : *σταυρωθέντα* G — *ἐνοικήσω*] II Cor. 6, 16. Lev. 26, 12.

7. 25. *προσετάξαμεν* G (B) : *praecipimus* L S A | 28. *εἰς ὄψιν καὶ εἰς τέρψιν* A (S) : *εἰς ὄψιν* L, *εἰς τέρψιν* G (B M)

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States

Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

μάρτυς ἐπακούσας τῆς ἀποφάσεως μετὰ χαρᾶς ἐβόησεν· Εὐχαριστῶ σοι, δέσποτα, ὅτι με τελείᾳ τῇ πρός σε ἀγάπῃ τιμῆσαι κατηξίωσας, τῷ ἀποστόλῳ σου Παύλῳ δεσμοῖς συνδήσας σιδηροῖς. 9. Ταῦτα εἰπὼν καὶ μετ' εὐφροσύνης περιθέμενος τὰ δεσμά, ἐπευξάμενος πρότερον τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ ταύτην παραθέμενος μετὰ δακρύων τῷ κυρίῳ, ὥσπερ κριὸς ἐπίσημος ἀγέλης καλῆς ἡγούμενος, ὑπὸ θηριώδους στρατιωτικῆς δεινότητος συνηρπάζετο, θηρίοις ὠμοβόροις ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἀπαχθησόμενος πρὸς βοράν.

III. Μετὰ πολλῆς τοίνυν προθυμίας καὶ χαρᾶς, ἐπιθυμίᾳ τοῦ πάθους κατελθὼν ἀπὸ Ἀντιοχείας εἰς τὴν Σελεύκειαν, ἐκεῖθεν εἴχετο τοῦ πλοός· καὶ προσχὼν μετὰ πολὺν κάματον τῇ Σμυρναίων πόλει, σὺν πολλῇ χαρᾷ καταβὰς τῆς νηὸς ἔσπευδε τὸν ἅγιον Πολύκαρπον, τὸν Σμυρναίων ἐπίσκοπον, τὸν συνακροατήν, θεάσασθαι· ἐγεγόνεισαν γὰρ πάλαι μαθηταὶ τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Ἰωάννου· 2. παρ' ᾧ καταχθεὶς καὶ πνευματικῶν αὐτῷ κοινωνήσας χαρισμάτων καὶ τοῖς δεσμοῖς ἐγκαυχώμενος, παρεκάλει συναθλεῖν τῇ αὐτοῦ προθέσει, μάλιστα μὲν κοινῇ πᾶσαν ἐκκλησίαν (ἐδεξιοῦντο γὰρ τὸν ἅγιον διὰ τῶν ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων καὶ διακόνων αἱ τῆς Ἀσίας πόλεις καὶ ἐκκλησίαι, πάντων ἐπειγομένων πρὸς αὐτόν, εἴ πως μέρος χαρίσματος λάβωσι πνευματικοῦ), ἐξαιρέτως δὲ τὸν ἅγιον Πολύκαρπον, ἵνα διὰ τῶν θηρίων θᾶττον ἀφανὴς τῷ κόσμῳ γενόμενος ἐμφανισθῇ τῷ προσώπῳ τοῦ Χριστοῦ.

IV. Καὶ ταῦτα οὕτως ἔλεγεν καὶ οὕτως διεμαρτύρατο, τοσοῦτον ἐπεκτείνων τὴν πρὸς Χριστὸν ἀγάπην, ὡς οὐρανοῦ μέλλειν ἐπιλαμβάνεσθαι διὰ τῆς καλῆς ὁμολογίας καὶ τῆς τῶν συνευχομένων ὑπὲρ τῆς ἀθλήσεως σπουδῆς, ἀποδοῦναι δὲ τὸν μισθὸν ταῖς ἐκκλησίαις ταῖς ὑπαντησάσαις αὐτῷ διὰ τῶν ἡγουμένων, γραμμάτων εὐχαρίστων ἐκπεμφθέντων πρὸς αὐτὰς πνευματικὴν μετ' εὐχῆς καὶ παραινέσεως ἀποσταζόντων χάριν. 2. Τοιγαροῦν τοὺς

8. 3. *συνδήσας* G (S) : *colligari* L (A B) — *Παύλῳ δ. συνδήσας*] Scriptor satis sincere profitetur, Ignatii sortem, quantum fieri poterat, Pauli fatis adsimulare se voluisse (Zahn).

9. 4. *ἐπευξάμενος* G : *oransque* L | 7. *ὠμοβόροις* L (S) : *αἱμοβόροις* G | 8. *βορρὰν* G — *ὥσπερ κριὸς ἐπίσημος*] Eadem verba exhibet Martyrium Polycarpi 14, 1.

III, 1. 11/12. *σμυρνέων* G | 13. *σμυρνέον* G | 14. *τοῦ ἁγίου ἀποστόλου* GA : *apostoli* S B, om L Lightf. — *τοῦ πάθους*] sc. martyrii. Lightfoot respiciens Ign. Rom. 6, 3 vocem de passione Christi interpretatur. — *κατελθὼν — πλοός*] Cf. Act. 13, 4. — *κάματον*] Cf. Ign. Rom. 5, 1. — *συν-*

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

audisset, pro gaudio exclamavit: Gratias tibi ago, Domine, quia me perfecta erga te caritate honorare dignatus es, qui me cum apostolo tuo Paulo in ferrea vincula conieceris. 9. Haec cum dixisset et hilari animo vincula suscepisset, cumque prius orasset pro ecclesia et eam cum lacrimis Domino commendasset, instar arietis insignis, qui egregium gregem ducit, ferina et militari acerbitate correptus est, abducendus Romam ad pastum ferarum cruda vorantium.

III. Cum multa ergo alacritate et laetitia, patiendi cupiditate Antiochia Seleuciam descendit et illinc navi vectus est; cumque post multos labores ad Smyrnensium urbem adpulisset, multa cum laetitia e navi descendit ac sanctum Polycarpum, Smyrnensium episcopum, quondam condiscipulum suum, videre festinavit. Fuerant enim olim sancti apostoli Ioannis discipuli. 2. Apud quem diversatus, cum eum spiritualium charismatum participem fecisset, suis etiam vinculis esset gloriatus, orabat eum, ut vellet propositum ipsius adiuvare; et maxime quidem hoc rogabat omnem ecclesiam (exceperant enim sanctum illum virum civitates atque ecclesiae Asiae per episcopos et presbyteros et diaconos, cum omnes ad eum festinarent, si forte partem charismatis spiritualis ab eo acciperent), ac prae ceteris sanctum Polycarpum, ut citius per feras, inconspicuus in mundo factus, coram Christo compareret.

IV. Atque haec sic dicebat et sic contestabatur, usque adeo extendens amorem in Christum, ut per pulcram confessionem et studium eorum, qui pro eius certamine simul Deum orabant, caelum acciperet utque ecclesiis, quae ipsi per rectores suos occurrerant, mercedem redderet, litteris gratiarum actionum ad eas missis, e quibus gratia spiritualis cum votis et adhortationibus stillabat. 2. Cum ergo omnes erga se benevole affec-

ακροατὴν κτλ.] Cf. Prolegomena.

2. 18. *καὶ* pr G S (B) : om L A — *πνευματικῶν — χαρισμάτων*] Cf. Rom. 1, 11. — *συναθλεῖν*] Cf. Ign. Polyc. 6, 1. — *πᾶσαν ἐκκλ.*] Cf. Ign. Rom. 4, 1. — *διὰ τῶν θηρίων κτλ.*] Cf. Ign. Rom. 3, 2; 4, 2.

IV, 1. 23. *καὶ ταῦτα κτλ.* vel IV —V, 1 om B exceptis verbis tribus ultimis | *καὶ* sec G S : om L | 24. *πρὸς* G : *περὶ* (circa) L | *μέλλειν* G (S A ?) : *μὲν* L | 28. *εὐχαρίστων* G S : *εὐχαριστῶν* L, *-στίαν* A | 29. *ἀποσταζόντων* G : amplexantes (*ἀποσπαζομένων*) L — *καλῆς ὁμολογίας*] Cf. I Tim. 6, 12. — *ἀποσταζόντων χάριν*] Cf.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States

Digitized by Google Original from HARVARD UNIVERSITY

πάντας ὁρῶν εὐνοϊκῶς διακειμένους περὶ αὐτόν, φοβηθείς, μή ποτε ἡ τῆς ἀδελφότητος στοργὴ τὴν πρὸς κύριον αὐτοῦ σπουδὴν ἐκκόψῃ, καλῆς ἀνεῳχθείσης αὐτῷ θύρας τοῦ μαρτυρίου, οἷα πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ἐπιστέλλει Ῥωμαίων, ὑποτέτακται.

Legitur hic Epistula S. Ignatii ad Romanos. Vide vol. I, 252—64.

V. Καταρτίσας τοίνυν, ὡς ἠβούλετο, τοὺς ἐν Ῥώμῃ τῶν ἀδελφῶν ἄκοντας διὰ τῆς ἐπιστολῆς, οὕτως ἀναχθεὶς ἀπὸ τῆς Σμύρνης (κατεπείγετο γὰρ ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ὁ χριστοφόρος φθάσαι τὰς φιλοτιμίας ἐν τῇ μεγάλῃ πόλει, ἵνα ἐπ' ὄψεσι τοῦ δήμου Ῥωμαίων θηρσὶν ἀγρίοις παραδοθεὶς τοῦ στεφάνου τῆς δικαιοσύνης διὰ τοιαύτης ἀθλήσεως ἐπιτύχῃ) πρόσεσχε τῇ Τρωάδι. 2. Εἶτα ἐκεῖθεν καταχθεὶς ἐπὶ τὴν Νεάπολιν, διὰ Φιλίππων παρώδευεν Μακεδονίαν πεζῇ καὶ τὴν Ἤπειρον, τὴν πρὸς Ἐπίδαμνον. 3. Οὗ ἐν τοῖς παραθαλαττίοις νηὸς ἐπιτυχὼν ἔπλει τὸ Ἀδριατικὸν πέλαγος, κἀκεῖθεν ἐπιβὰς τοῦ Τυρρηνικοῦ καὶ παραμείβων νήσους τε καὶ πόλεις, ὑποδειχθέντων τῷ ἁγίῳ Ποτιόλων, αὐτὸς μὲν ἐξελθεῖν ἔσπευδεν, κατ' ἴχνος βαδίζειν ἐθέλων τοῦ ἀποστόλου Παύλου· ὡς δὲ ἐπιπεσὸν βίαιον πνεῦμα οὐ συνεχώρει, τῆς νηὸς ἐκ πρύμνης ἐπειγομένης, μακαρίσας τὴν ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ τῶν ἀδελφῶν ἀγάπην, οὕτω παρέπλει. 4. Τοιγαροῦν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ καὶ νυκτὶ τῇ αὐτῇ οὐρίοις ἀνέμοις προσχρησάμενοι ἡμεῖς μὲν ἄκοντες ἀπηγόμεθα, στένοντες ἐπὶ τῷ ἀφ' ἡμῶν μέλλοντι χωρισμῷ τοῦ δικαίου γίνεσθαι· τῷ δὲ κατ' εὐχὴν ἀπέβαινεν σπεύδοντι θᾶττον ἀναχωρῆσαι τοῦ κόσμου, ἵνα φθάσῃ πρὸς ὃν ἠγάπησεν κύριον. 5. Καταπλεύσας γοῦν εἰς τοὺς λιμένας Ῥωμαίων, μελλούσης λήγειν τῆς ἀκαθάρτου φιλοτιμίας, οἱ μὲν στρατιῶται ὑπὲρ τῆς βραδυτῆτος ἤσχαλλον, ὁ δὲ ἐπίσκοπος χαίρων κατεπείγουσιν ὑπήκουεν.

VI. Ἐκεῖθεν γοῦν ἕωθεν ὁρμηθέντες ἀπὸ τοῦ καλουμένου Πόρτου (διεπεφήμιστο γὰρ ἤδη τὰ κατὰ τὸν ἅγιον μάρτυρα) συναντῶμεν τοῖς ἀδελφοῖς φόβῳ καὶ χαρᾷ πεπληρωμένοις, χαίρουσιν

Prov. 10, 31. 32. — *ἀνεῳχθ.* — *θύρας*] Cf. I Cor. 16, 9; II Cor. 2, 12; Col. 4, 3; Apoc. 3, 8.

V, 1. 7. *ἄκοντας* G S A : *ἀπόντας* L | 9. *πόλει* L A : *ῥώμῃ* G cf. S | 10/11. *δικαιοσύνης διὰ τοιαύτης* L A (S) : om G ob homoeot. — *φιλοτιμίας*] Cf. Eus. Mart. Pal. 6, 1—2.

2. 12. *Φιλίππων* G A M (S) : *Φιλιππησίων* L Lightf., codd B variant | 13. *πεζῇ* : *πεζὶ* G | *Ἤπειρον, τήν* : *Ἤπειρον. τῇδε* con Zahn — *Νεάπολιν*] Cf. Ign. Polyc. 8, 1. — *διὰ Φιλίππων*] Cf. Polyc. Phil. 9, 1. — *τὴν πρὸς Ἐπίδ.*]

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

tos cerneret, veritus est, ne fratrum caritas studium eundi ad Deum incideret, dum pulcra ipsi esset aperta martyrii ianua. Quae ad ecclesiam Romanorum scripsit, subiecta sunt.

Legitur hic Epistula S. Ignatii ad Romanos. Vide vol. I, 252—64.

V. Postquam ergo, ut volebat, epistula sua repugnantes fratres Romanos composuisset, a Smyrna solvens (urgebatur enim a militibus gestator Christi, ut ad publica spectacula magnae urbis properaret, quo prae oculis populi Romani feris bestiis traditus coronam iustitiae per tale certamen consequeretur) adpulit Troadem. 2. Deinde illinc Neapolin ductus, per Philippos pedibus peragravit Macedoniam et eam Epiri partem, quae ad Epidamnum sita est. 3. Et ibi in maritimis locis navi inventa per Adriaticum mare navigavit; inde Tyrrhenum ingressus insulas et civitates transiit; ostensisque sancto viro Puteolis, ipse quidem egredi cupiebat, cum vellet per vestigia Pauli apostoli incedere; cum vero irruens ventus vehementior id non pateretur, navi a puppi impulsa, beatam praedicavit caritatem fratrum illius loci et sic praeternavigavit. 4. Igitur uno die et nocte eadem secundis ventis usi abducebamur, nos quidem inviti, gementes ob separationem iusti illius a nobis mox futuram. At ei ex voto res contingebat, cum citius e mundo discedere festinaret, ut perveniret ad Dominum, quem diligebat. 5. Quare cum navigando pervenisset in portus Romanorum finisque immundi spectaculi immineret, milites tarditatem aegre ferebant; at episcopus gaudens urgentibus parebat.

VI. Illinc ergo mane egressi ab eo, qui dicitur Portus (iam vero sparsa erat sancti martyris fama), obviamus fratribus metu et gaudio repletis, gaudentibus quidem, quod congressu Theo-

Lectio defendi potest. Cum ex his verbis appareat, Ignatium Epidamni navem conscendisse, scriptori dicere licuit, s. martyrem eam Epiri partem permeasse, quae prope est ab Epidamno, ut Syrus vertit, vel per quam iter faciens ad urbem istam pervenit.

3. 13. *οὗ* L (*cuius*): *tunc* S, *et ibi* A, om G | 14. *ἀδριανικὸν* G — *κατ' ἴχνος κτλ.*] Cf. Act. 28, 13; Ign. Eph. 12, 2.

4. 21. *προσχρησάμενοι*: B post hanc vocem valde aberrat, Martyrium Vaticanum exscribens | 21/22. *ἀπαγόμεθα* L — *ἡμεῖς*] Auctor indicat, se s. martyrem comitatum esse. Cf. Act. 20, 5 sqq.

VI, 1. 28. *ἕωθεν ὁρμηθέντες* Lightf.: *excitati* (*expergefacti*) *inde primo mane*

μὲν ἐφ' οἷς ἠξιοῦντο τῆς τοῦ Θεοφόρου συντυχίας, φοβουμένοις δέ, διότι περ ἐπὶ θάνατον ὁ τοιοῦτος ἤγετο. 2. Τισὶ δὲ καὶ παρήγγελλεν ἡσυχάζειν, ζέουσι καὶ λέγουσι καταπαύειν τὸν δῆμον πρὸς τὸ μὴ ἐπιζητεῖν ἀπολέσθαι τὸν δίκαιον· 3. οὓς εὐθὺς γνοὺς τῷ πνεύματι καὶ πάντας ἀσπασάμενος, αἰτήσας τε παρ' αὐτῶν τὴν ἀληθινὴν ἀγάπην, πλείονά τε τῶν ἐν τῇ ἐπιστολῇ διαλεχθεὶς καὶ πείσας μὴ φθονῆσαι τῷ σπεύδοντι πρὸς τὸν κύριον, οὕτω μετὰ γονυκλισίας πάντων τῶν ἀδελφῶν, παρακαλέσας τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ ὑπὲρ τῶν ἐκκλησιῶν, ὑπὲρ τῆς τοῦ διωγμοῦ καταπαύσεως, ὑπὲρ τῆς τῶν ἀδελφῶν εἰς ἀλλήλους ἀγάπης, ἀπήχθη μετὰ σπουδῆς εἰς τὸ ἀμφιθέατρον. 4. Εἶτα εὐθὺς ἐμβληθεὶς κατὰ τὸ πάλαι πρόσταγμα τοῦ καίσαρος, μελλουσῶν καταπαύειν τῶν φιλοτιμιῶν (ἦν γὰρ ἐπιφανής, ὡς ἐδόκουν, ἡ λεγομένη τῇ Ῥωμαϊκῇ φωνῇ τρισκαιδεκάτη, καθ' ἣν σπουδαίως συνήεσαν), οὕτως θηρσὶν ὠμοῖς παρὰ τῶν ἀθέων παρεβάλλετο, ὡς παρ' αὐτὰ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἰγνατίου πληροῦσθαι τὴν ἐπιθυμίαν κατὰ τὸ γεγραμμένον· *Ἐπιθυμία δικαίου δεκτή*, ἵνα μηδενὶ τῶν ἀδελφῶν ἐπαχθὴς διὰ τῆς συλλογῆς τοῦ λειψάνου γένηται, καθὼς φθάσας ἐν τῇ ἐπιστολῇ τὴν ἰδίαν ἐπεθύμει γενέσθαι τελείωσιν. 5. Μόνα γὰρ τὰ τραχύτερα τῶν ἁγίων αὐτοῦ λειψάνων περιελείφθη, ἅτινα εἰς τὴν Ἀντιόχειαν ἀπεκομίσθη καὶ ἐν ληνῷ κατετέθη, θησαυρὸς ἀτίμητος, ὑπὸ τῆς ἐν τῷ μάρτυρι χάριτος τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ καταλειφθέντα.

VII. Ἐγένετο δὲ ταῦτα τῇ πρὸ δεκατριῶν καλανδῶν Ἰαννουαρίων, [τουτέστιν Δεκεμβρίῳ εἰκάδι], ὑπατευόντων παρὰ Ῥωμαίοις Σύρα καὶ Σενεκίωνος τὸ δεύτερον. 2. Τούτων αὐτόπται γενόμενοι μετὰ δακρύων κατ' οἶκόν τε παννυχίσαντες καὶ πολλὰ μετὰ γονυκλισίας καὶ δεήσεως παρακαλέσαντες τὸν κύριον πληρο-

A, *mane duxerunt eum* S, *expulsi* L, *ἐώθησαν* G | 1. *ἠξιῶντο* G

2. 3. *ἡσυχάζειν* L S A : *ἡσυχάζουσιν* G

3. 4. *οὓς* L (S A) : *ὃς* G — *οὓς*] i. e. eos, qui eum liberare cogitabant. — *ἐπιστολῇ*] sc. quam scripserat ad Romanos.

4. 15. *τῶν ἀθέων* L S A : *τῷ ναῷ* G — *πάλαι πρόστ.*] Cf. 2, 6. — *τρισκαιδεκάτη*] sc. ante Calendas Ianuarias, ut ex c. 7, 1 apparet, quando a Romanis Sigillaria agebantur, quorum Saturnalibus adiecta celebritas (ut habet Macrob. Saturn. I, 10) in septem dies discursum publicum et laetitiam religionis extendit (Usher). — *ἐπιθυμία κτλ.*] Prov. 10, 24. — *ἐπιστολῇ* Ign. Rom. 4, 2.

5. 21. *ληνῷ* L S : *λίνῳ* G, om A — *καταλειφθέντα*] Hieron. Catal. c. 16: Reliquiae corporis eius Antiochiae iacent extra portam Daphniticam in

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States

Digitized by Google   Original from HARVARD UNIVERSITY

phori digni fiebant, timentibus autem, quod talis vir ad mortem duceretur. 2. Quosdam etiam monuit, ut quiescerent, qui fervebant aiebantque, se populum esse sedaturos, ne virum iustum ad necem quaereret. 3. Quos cum confestim spiritu cognovisset et omnes salutasset et ab iis verum amorem pluribus verbis quam in epistula petiisset iisque persuasisset, ne ipsi inviderent ad Dominum festinanti, nunc, postquam cuncti fratres genua flexissent ipseque filium Dei pro ecclesiis et pro cessatione persecutionis et pro mutuo fratrum inter se amore precatus esset, abductus est confestim in amphitheatrum. 4. Dein illico in id immissus ex mandato Caesaris pridem dato, fine spectaculorum imminente (erat enim sollemnis, ut putabant, dies, qui dicitur Romana lingua tertius decimus, quo studiose convenerant), sic crudelibus feris ab impiis est obiectus, ut illico sancti martyris Ignatii impleretur desiderium, prout scriptum est: ***Desiderium iusti est acceptum,*** ut nempe nulli fratrum gravis fieret ob suarum reliquiarum collectionem, quemadmodum prius in epistula optaverat suam consummationem fieri. 5. Solae enim duriores sanctarum eius reliquiarum partes relictae et Antiochiam ablatae sunt atque in capsa depositae, ut thesaurus inaestimabilis, ob martyris gratiam sanctae ecclesiae relictae.

VII. Contigerunt vero haec a. d. XIII Calendas Ianuarias, [hoc est Decembris vigesima], consulibus apud Romanos iterum Sura et Senecione. 2. Horum nos ipsi spectatores facti, cum in lacrimis totam noctem domi exegissemus et genibus flexis multaque oratione Dominum, ut nos infirmos de iis, quae

coemeterio. De veneratione earum vide Chrysost. Hom. in s. Ign. c. 5 (ed. Bened. II, 600 sq.).

VII, 1. 23/24. *πρὸ δ. κ. Ἰαννουαρίων* GL : *ante* IX (secundum Graecos XIII) *Calendas Ianuarias* A, *decimo septimo Tishri posterioris* S | 24. *τουτέστιν Δ. εἰκ.* G : *id est Decembris 24 vel 20* A (codex an editor ?), om L | 24/25. *ὑπατευόντων — δεύτερον* om A | 25. *Σενεκίωνος* S : *Senecio* L, *Σεδεκίου* G — *ὑπατευόντων κτλ.*] Scriptor haud dubie annum 107, quo L. Licinius Sura III et Qu. Sosius Senecio II consules fuerunt (Cf. Usher, Ign. et Polyc. Mart. p. 50. *Hermes* 1869 p. 138), significare voluit, cum supra (2, 1) anno imperii nono (106) Traianum Antiochiae versatum esse dixisset. Quae temporis indicationes non prorsus quidem quadrant, sed altera ad alteram proxime accedit.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / Public Domain in the United States
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

φορῆσαι τοὺς ἀσθενεῖς ἡμᾶς ἐπὶ τοῖς προγεγονόσιν, μικρὸν ἀφυπνώσαντες, οἱ μὲν ἐξαίφνης ἐπιστάντα καὶ περιπτυσσόμενον ἡμᾶς ἐβλέπομεν, οἱ δὲ πάλιν ἐπευχόμενον ἡμῖν ἑωρῶμεν τὸν μακάριον Ἰγνάτιον, ἄλλοι δὲ σταζόμενον ὑφ' ἱδρῶτος ὡς ἐκ καμάτου πολλοῦ παραγενόμενον καὶ παρεστῶτα τῷ κυρίῳ. 3. Μετὰ πολλῆς τοίνυν χαρᾶς ταῦτα ἰδόντες καὶ συμβαλόντες τὰς ὄψεις τῶν ὀνειράτων, ὑμνήσαντες τὸν θεόν, τὸν δοτῆρα τῶν ἀγαθῶν, καὶ μακαρίσαντες τὸν ἅγιον ἐφανερώσαμεν ὑμῖν καὶ τὴν ἡμέραν καὶ τὸν χρόνον, ἵνα κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ μαρτυρίου συναγόμενοι κοινωνῶμεν τῷ ἀθλητῇ καὶ γενναίῳ μάρτυρι Χριστοῦ, καταπατήσαντι τὸν διάβολον καὶ τὸν τῆς φιλοχρίστου αὐτοῦ ἐπιθυμίας τελειώσαντι δρόμον ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι εἰς αἰῶνας. Ἀμήν.

2. 3. *ἐβλέπομεν* G S : *videbant* L A | *ἑωρῶμεν* G : *videbant* L S A | 4. *ἄλλοι δὲ σταζ. ὑφ' ἱδρῶτος* G S A : om L | 5/6. *κυρίῳ μετὰ π. τ. χαρᾶς* G (S A) : *domino in multa confidentia et ineffabili gloria; impleti autem gaudio* L, *κυρίῳ μετὰ πολλῆς* [*παρρησίας καὶ ἀνεκλαλήτου δόξης· πλησθέντες δὲ*] *χαρᾶς* Lightf. — *πληροφορῆσαι κτλ.*] Nonne haec verba repugnant praecedentibus *αὐτόπται γενόμενοι*? Num comites s. Ignatii de eius pietate dubitare potuerunt aut revelatione indiguerunt, ex qua intellegerent, eum genuinum martyrem ac Deo gratum fuisse? Clericus, hoc suspicatus, rem quidem in medio reliquit; aliter autem auctor aegre in-

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

facta fuerant, certos faceret, essemus precati ac paululum obdormissemus; alii statim adstantem eum nosque complectentem vidimus, alii rursus pro nobis orantem beatum Ignatium conspeximus, alii vero sudore stillantem, tamquam a multo labore advenientem atque adstantem Domino. 3. Cum ergo multo cum gaudio ista vidissemus et somniorum visa contulissemus, Deum datorem bonorum laudavimus et sanctum virum beatum praedicavimus, vobis et diem et tempus significamus, ut tempore martyrii eius convenientes communionem nostram testificemur cum athleta et generoso martyre Christi, qui conculcavit diabolum et cursum desiderii sui ex amore Christi profecti explevit in Christo Iesu Domino nostro, per quem et cum quo patri sit gloria et potentia cum spiritu sancto in saecula. Amen!

tellegendus est.

3. 6/7. *συμβαλόντες — ὀνειράτων* G S : *intellegentes bonam et mirabilem revelationem* A, om L | 11/12. *καὶ τὸν — κυρίῳ ἡμῶν* G (S A) : *et huius insidias in finem prostravit*; *glorificantes in ipsius venerabili et sancta memoria dominum nostrum Iesum Christum* L | 13. *πνεύματι* G S A : add *in sancta ecclesia* L | 13/14. *εἰς αἰῶνας* G : *in saecula saeculorum* L S A | 14. *ἀμήν* : add *Finis martyrii sancti domini Ignatii episcopi Antiochiae, et deo gloria* S — *τελ. δρόμον*] Cf. II Tim. 4, 7. — *δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ κτλ.*] Haec doxologia ab aetate antenicaena aliena est.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States

Digitized by Google
Original from
HARVARD UNIVERSITY

FRAGMENTA POLYCARPIANA.

I.

Matthaeus Dominum dixisse testatur, quod Moyses scribit Adam locutum fuisse hoc modo: *Hoc nunc os ex ossibus meis et caro ex carne mea; propter hoc relinquet homo patrem et matrem* etc. [Matth. 19, 5]. Sed concordant Domini verba cum Moysis sermonibus. Quia enim Adam praebens officium inspiratione divina prophetavit, ipse a Moyse hoc dixisse refertur; Deus vero, qui per inspirationem divinam in corde Adam ista verba formavit, ipse pater a Domino recte locutus fuisse refertur. Nam et Adam hanc prophetiam protulit, et pater, qui eum inspiravit, recte dicitur protulisse.

II.

Idem ad haec verba Christi: *Calicem meum bibetis* etc. [Matth. 20, 23].

1. Per huiusmodi potum significat passionem, et Iacobum quidem novissimum martyrio consummandum, fratrem vero eius Ioannem transiturum absque martyrio, quamvis et afflictiones plurimas et exsilia tolerarit, sed praeparatam martyrio mentem Christus martyrem iudicavit. 2. Nam apostolus Paulus *quotidie,* inquit, *morior* [I Cor. 15, 31], dum impossibile sit quotidie

I. 6. *sed* : add *non* Zahn et Lightfoot per errorem ut videtur | 7. *quia enim* em Halloix: *qui* Feuardentius secundum codicem | 12. *eum* : *eam* Zahn Lightf. — Moysis sermonibus] Gen. 2, 23—24.

II. *calicem meum*] Cf. Martyr. Polyc. 14, 2.

1. 17. *novissimum* : *novimus* em Zahn, Acta Ioannis 1880 p. CXIX n. 1. — Auctor non tam verba Domini explicat quam historiam narrat vel exponit, quae filiis Zebedaei evenerunt. Lectio, quam Zahn proposuit, speciosa est, neque vero necessaria et vix recta, quoniam auctori secundum eam potius de Iacobo martyrio consummato quam consummando dicendum erat. Auctor haud dubie Iacobum primum inter apostolos martyrem designare voluit; qua ratione autem voci *novissimus* illam vim interpres latinus attribuerit, non liquet.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / Public Domain in the United States
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714

Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

mori hominem ea morte, qua semel vita haec finitur. Sed quoniam pro evangelio ad mortem iugiter erat praeparatus, se mori quotidie sub ea significatione testatus est. 3. Legitur et in dolio ferventis olei pro nomine Christi beatus Ioannes fuisse demersus.

III.

Idem de initio evangelii secundum Marcum.

1. Rationabiliter evangelistae principiis diversis utuntur, quamvis una eademque evangelizandi eorum probetur intentio. 2. Matthaeus ut Hebraeis scribens genealogiae Christi ordinem texuit, ut ostenderet ab ea Christum descendisse progenie, de qua eum nasciturum universi prophetae cecinerant. 3. Ioannes autem ad Ephesum constitutus, qui legem tamquam ex gentibus ignorabant, a causa nostrae redemptionis evangelii sumpsit exordium; quae causa ex eo apparet, quod filium suum Deus pro nostra salute voluit incarnari. 4. Lucas vero a Zachariae sacerdotio incipit, ut eius filii miraculo nativitatis et tanti praedicatoris officio divinitatem Christi gentibus declararet. 5. Unde et Marcus antiqua prophetici mysterii, competentia adventui Christi, declarat, ut non nova, sed antiquitus prolata eius praedicatio

3. Cf. Tert. De praescript. c. 36. Halloix hoc membrum responsionibus Polycarpi aliena manu assutum esse declaravit. Zahn versum tanquam additamentum posterius uncis inclusit non tam propterea, quod Polycarpum sive Ps.-Polycarpum Ioannis fata tradentem libros citasse non esset credendum, quam quoniam is, qui paulo ante praeter exsilia et varias afflictiones Ioannem quicquam passum esse nesciebat, tantam rem, vero martyrio simillimam postmodum addere non potuisset. Revera difficile est versum eidem attribuere, qui versum 1 scripsit. Sin autem de auctore ignoto ratio habetur, mihi vix dicendum esse videtur, eum ambos versus omnino non potuisse scribere.

III. *de initio evang. sec. Marcum*] Auctor autem de initiis evangeliorum quattuor loquitur. Zahn inscriptionem pravam inde ortam esse opinatur, quod catenae scriptor ad initium evangelii secundum Marcum haec descripserit.

1. 9. *eorum* om Zahn Lightf. — *principiis diversis etc.*] Similiter Fragm. Murator. lin. 16 sqq.; Iren. Adv. haer. III, 11, 7. 9.

2—5. Cf. Iren. Adv. haer. III, 11, 8.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

probaretur. 6. Aut per hoc evangelistis curae fuit eo uti prooemio, quod unusquisque iudicabat auditoribus expedire. Nihil ergo contrarium reperitur, ubi licet diversis scriptis ad eandem tamen patriam pervenitur.

IV.

Idem in illud: *Noli vocare amicos tuos, sed pauperes et debiles* etc. [Luc. 14, 12 sq.].

1. Praecepit non amicos, sed infirmos quosque vocandos ad prandium. Quodsi claudus aut quilibet eorum sit amicus, sine dubio talis' pro amicitia minime est rogandus, unde ipsa quasi videntur se impugnare mandata. Nam si non amici, sed claudi et caeci sunt invitandi, ipsosque quoque amicos esse contingat, nequaquam rogare debemus. 2. Sed amicos arbitror intelligi hoc loco debere illos, quos pro mundi huius terrena consideratione diligimus, non pro divinae contemplationis intuitu. Hi sunt igitur amici relinquendi. 3. Denique ideo debilium exempla proposuit, quos pro nullius possumus appetere necessitate negotii, nisi tantum pro fructu retributionis aeternae.

V.

Idem in illud: *Opus consummavi, quod dedisti mihi, ut faciam* [Ioann. 17, 4].

Quomodo opus salutis humanae adimplesse commemorat, cum necdum crucis vexillum conscenderat? Sed definitione voluntatis, de qua cuncta venerandae passionis insignia adire decreverat, iure se opus perfecisse significat etc.

6. 2. *expedire* em Zahn: *expetere* edd. priores. — *aut per hoc*] Zahn haec verba cum versu 5 construens putat, auctorem scripsisse χἂν διὰ τούτου, interpretem vero ea male interpretatum esse aut librarium particulas synonymas *aut* et *vel* confudisse.

IV. 2. 14. *debere* em Halloix: *debemus* Feuardentius | *pro* om Zahn Lightf.

3. 17/18. *negotii* om Zahn Lightf.

V. *crucis vex. conscenderat*] Usher in his verbis ἀκυρολογίαν invenit: nam gestari quidem vexillum crucis non semel audivimus; sed conscensum a Christo vexillum illud nullibi adhuc invenimus.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT
https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΑΙ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΠΟΛΥΚΑΡΠΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΓΕΝΟΜΕΝΟΥ ΣΜΥΡΝΗΣ ΤΗΣ ΑΣΙΑΣ.

I. Ἐπανελθὼν ἀνωτέρω καὶ ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς τοῦ μακαρίου Παύλου παρουσίας εἰς Σμύρναν, καθὼς εὗρον ἐν ἀρχαίοις ἀντιγράφοις, ποιήσομαι καθεξῆς τὸν λόγον, οὕτως καταντήσας ἐπὶ τὴν τοῦ μακαρίου Πολυκάρπου διήγησιν.

II. Ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν ἀζύμων ὁ Παῦλος ἐκ τῆς Γαλατίας κατιὼν κατήντησεν εἰς τὴν Ἀσίαν, τοῦ πολλοῦ κόπου ἀνάπαυσιν αὐτοῦ τὴν ἐν πιστοῖς ἡγούμενος μεγάλην ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ εἶναι

VITA ET CONVERSATIO SANCTI ET BEATI MARTYRIS POLYCARPI EPISCOPI SMYRNAE ASIAE.

I. Superius regrediens et ab eo tempore exordium sumens, quo beatus Paulus Smyrnam venit, quemadmodum in vetustis codicibus reperi, ordine prosequar sermonem, sic ad historiam beati Polycarpi perveniens.

II. In diebus azymorum cum Paulus e Galatia descendisset, ingressus est in Asiam, post multos labores magnam sibi arbitrans fore requiem Smyrnae apud fideles in Christo Iesu: deinde

I, 6. *οὕτως* : *οὗτος* cod cf. 4, 2; 13, 1. — *ἐπανελθὼν ἀνωτέρω*] Ut contextus docet, haec verba non ad scripturam aliquam respiciunt, ut Bollandistae (Act. SS. Ian. II, 692 n. 12) putaverunt, sed hoc potius denotant, auctorem historiae initium facere a tempore Polycarpo a n t e r i o r e. Cf. Prolegom. et Polyc. Martyrium 22, 3 not.

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

τὴν ἐν Σμύρνῃ, μέλλων λοιπὸν ἀπιέναι εἰς Ἱεροσόλυμα. 2. Ἦλθεν οὖν ἐν τῇ Σμύρνῃ πρὸς Στραταίαν, ὅστις ἀκουστὴς αὐτοῦ ἐγεγόνει ἐν Παμφυλίᾳ, υἱὸν ὄντα Εὐνείκης θυγατρὸς Λωΐδος· αὗται δὲ εἰσί, περὶ ὧν γράφων Τιμοθέῳ μέμνηται λέγων· *Τῆς ἐν σοὶ ἀνυποκρίτου πίστεως, ἥτις ἐνῴκησε πρῶτον ἐν τῇ μάμμῃ σου Λωΐδι καὶ τῇ μητρί σου Εὐνείκῃ,* ὡς ἐκ τούτου εὑρίσκεσθαι τὸν Στραταίαν ἀδελφὸν Τιμοθέου. 3. Παρ' ᾧ εἰσελθὼν ὁ Παῦλος καὶ συναγαγὼν τοὺς ὄντας πιστοὺς λελάληκεν αὐτοῖς περί τε τοῦ πάσχα καὶ τῆς πεντηκοστῆς, ὑπομνήσας αὐτοὺς περὶ καινῆς διαθήκης ἄρτου καὶ ποτηρίου προσφορᾶς· ὅτι δεῖ πάντως ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν ἀζύμων ἐπιτελεῖν, κρατεῖν δὲ τὸ καινὸν μυστήριον πάθους καὶ ἀναστάσεως. 4. Ἐνταῦθα γὰρ φαίνεται ὁ ἀπόστολος διδάσκων, ὅτι οὔτε παρὰ τὸν καιρὸν τῶν ἀζύμων δεῖ ποιεῖν, ὥσπερ οἱ αἱρετικοὶ ποιοῦσι, μάλιστα οἱ Φρύγες, οὔτε μὴν πάλιν ἐξ ἀνάγκης τεσσαρεσκαιδεκάτῃ· οὐδὲν γὰρ περὶ τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης ὠνόμασεν, ἀλλὰ ἀζύμων, πάσχα, πεντηκοστῆς, κυρῶν τὸ εὐαγγέλιον.

III. Μετὰ δὲ τὴν τοῦ ἀποστόλου ἄφιξιν διεδέξατο ὁ Στραταίας τὴν διδασκαλίαν καί τινες τῶν μετ' αὐτόν, ὧν τὰ μὲν ὀνόματα, πρὸς ὃ δυνατὸν εὑρίσκειν, οἵτινες καὶ ὁποῖοι ἐγένοντο, ἀναγράψομαι· τὸ δὲ νῦν ἔχον σπεύσωμεν ἐπὶ τὸν Πολύκαρπον.

2. Ὄντος τινὸς ἐν Σμύρνῃ κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ἐπισκόπου,

II, 1. 1. *ἐν Σμύρνῃ* : *εἰς σμύρνη* cod — Auctor idem s. Pauli iter respicere videtur, cuius Act. 18, 23. 24; 19, 1 mentio fit; apostolum autem Smyrnae versatum fuisse Actus non tradunt.

2. *Στραταίαν κτλ.*] Constitutiones apost. VII, 46 Strataeae cuiusdam, filii Loidos, tanquam secundi Smyrnae episcopi mentionem faciunt. Exhibent enim: *Σμύρνης δὲ Ἀρίστων πρῶτος (ἐπίσκοπος), μεθ' ὃν Στραταίας ὁ Λωΐδος καὶ τρίτος Ἀρίστων.* Suspicor auctorem libri septimi Constitutionum, quamquam non plane eadem tradit, Vitam Polycarpi vel aliud simile opus in suum usum vertisse. Lightfoot auctorem nostrum a Constitutionibus apost. fortasse dependere putat. — *ἐν Παμφυλίᾳ*] Act. 16, 1 Lycaonia, non Pamphylia, patria Timothei fuisse traditur. — *τῆς ἐν σοὶ κτλ.*] II Tim. 1, 5.

4. 15. *τεσσαρεσκαιδεκάτῃ .. τεσσαρεσκαιδεκάτης* : *τεσσαρισκαιδ.* cod — *ἐνταῦθα*] sc. quia in diebus azymorum (v. 1) de paschate celebrando loquebatur. — *οὔτε παρὰ τὸν καιρὸν τῶν ἀζύμων κτλ.*] Teste Epiphanio H. 50 c. 1 nonnulli inter Phryges, provocantes ad Acta Pilati (cf. Tischendorf, Evangelia apocr. 1853 p. 205) pascha semper VIII Kalend. April. = 25. die mensis Martii, teste

Generated at University of Toronto on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States
Digitized by Google
Original from HARVARD UNIVERSITY

voluit Hierosolymam proficisci. 2. Divertit igitur Smyrnae ad Strataeam, qui ipsius auditor fuerat in Pamphylia eratque filius Eunices, filiae Loidos; hae vero sunt illae, quarum Timotheo scribens meminit dicens: ***Fidei, quae est in te non ficta, quae habitavit primum in avia tua Loide et matre tua Eunice,*** ita ut hinc intellegere liceat, Strataeam fuisse fratrem Timothei. 3. Cuius domum cum Paulus intrasset convocassetque fideles, locutus est ad eos de paschate et pentecoste, admonens eos de panis et potus oblatione, quae est in novo testamento, quam in diebus azymorum omnino peragi oportet et retineri novum passionis ac resurrectionis mysterium. 4. Hic enim apostolus docere videtur, neque extra tempus azymorum pascha celebrandum esse, sicut quidam haeretici faciunt, praesertim Phryges, neque vero altera ex parte necessario luna decima quarta; nihil enim de decima quarta locutus est, sed de azymis, paschate, pentecoste, confirmans evangelium.

III. Postquam autem apostolus discessit, Strataeas suscepit munus docendi et quidam ex iis, qui post ipsum fuerunt, quorum nomina, prout reperire potuero, qui et quales exstiterint, exponam; nunc autem quod attinet, properemus ad Polycarpum.

2. In illo tempore cum quidam Smyrnae episcopus esset,

Sozomeno H. E. VII, 18 Montanistae, quos Pepuzitas et Phrygas vulgo nominant, pascha VIII Idus April. = 6. die Aprilis, si in eum diem dies resurrectionis interciderit, celebrabant, sin minus, dominica sequenti. Itaque certum cursus solaris diem observantes pascha saepius extra tempus azymorum peragebant, scilicet iis annis, quibus eorum dies non in hoc tempus incidit. — *τεσσαρεσκαιδεκάτῃ*] Hanc observantiam saeculo IV synodi Nicaena et Antiochena a. 341 c. 1 interdicebant, pascha cum Iudaeis celebrari vetantes. Sed etiam deinceps Quartodecimani in Oriente exstabant. Cf. Sozom. H. E. VII, 18. — *κυρῶν τὸ εὐαγγέλιον*] sc. aeque ac Evangelium de azymis, paschate et pentecoste loquens, neque vero de die lunae decima quarta.

III, 1. *ἄφιξιν*] Secundum contextum haec vox potius de decessu quam de adventu apostoli intellegenda esse videtur. — *καί τινες τῶν μετ' αὐτόν*] i. e. nonnulli inter successores Strataeae una cum hoc doctoris munere fungi coeperunt. Commemorantur Bucolus, antecessor Polycarpi (3, 2; 10 sqq.), huiusque successores Papirius et Camerius (c. 27).

Generated at University of Toronto through HathiTrust on 2026-08-26 18:58 GMT / https://hdl.handle.net/2027/hvd.ah1714 / Public Domain in the United States

